BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 G
22

1. VX. 10.

51

13-21. a. 20

Digitized by Google

Digitized by Google

RATIONALE
VTRIVSQ. POTESTATIS
ECCLESIASTICÆ
AC IVRISDICTIONIS S.M.E.ROM.CAT.

Vnà cum ſubditorum obedientia vtroq; modo ideſt in vtroq; foro, nempè tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, atque Eccleſiaſtica cenſura, necnon Clericorum immunitate, libertateq́, omnibus quidem Chriſti fidelibus, & præcipuè ſacris Concionatoribus perutile.

Collectum à Fratre Thoma Talamellenſi Auguſtiniano Sacræ Theologiæ Magiſtro, pręcipuè ex D.P. Auguſtini, ſimulq; Auguſtinianorum Doctrina.

S.D.N. Paulo V. Pontifici Maximo oblatum, atq; dicatum.



TICINI REGII.

Apud Iacobum Ardizzonum Typographum. 1 6 1 8.

De licentia Superiorum.

Digitized by Google

Ego Fr. Ambroſius Riccius Arimin. Ord. Erem. S. Aug. Doctor Theologus, de mandato adm. R. P Prou. M. Angeli Vancij Arimin. vidi, & diligenter perlegi librum inſcriptum, Rationale vtriuſque Poteſtatis Eccleſiaſticæ, vna cum ſubditorum obedientia in vtroque foro, lucubratum, ac compoſitum ab adm. R. P. M. Thoma à Talamello Auguſtiniano. Opus quod Regulis fidei Catholicæ diuinis humaniſq; legibus, ac bonis moribus nihil continet aduerſum; in quo elucet magnum Auctoris ingenium, ac mira ſacrarum literarum eruditio: quambrem opus dignum mihi viſum eſt, quod in lucem prodeat, vt omnes eius multigenæ doctrinæ copia perfruantur. Arimini ex Cænobio noſtro D. Io. Euang. die 20. Auguſti Anni 1616.

F. Ambroſius Ariminenſis.

Mag. Fr. Nicolaus à S. Angelo Ord. Erem. S. Auguſt. Prior Generalis licet indignus.

Tenore præſentium, & noſtri muneris authoritate facultatem concedimus, vt opus inſcriptũ Rationale vtriuſque Poteſtatis Eccleſiaſticæ. Ref. à Patre Mag. Fr. Thoma à Talamello eiuſdem ordinis compoſitum, docti viri iudicio à nobis deſtinati examinatum, typis committi poſſit. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romæ die 16. Septembris. 1617.

Noſtri Officij affixo ſigillo.

Fr. Nic. à S. Angelo Gen. ind.

Admodum Reu. Patris Fr. Thomæ Tallamellenſis, in Auguſtiniana familia ſacræ Teologiæ Magiſtri, nunc monaſterij S. Auguſtini Papiæ, Prioris, opus, inſcriptum Rationale vtriuſq; poteſtatis, ac iuriſdictionis S. Matris Romanæ Eccleſiæ Catholicę vnà cum ſubditorũ obedẽtia &c. prout in eo diligẽter perlecto ex comiſſione admod. Reu. P. Inquiſit. Papię obſeruare potui, ſiue quæ fidei ſunt, ſiue mores, ſiue alia, quę in regulis indicis præſcribuntur, animaduertantur: nihil cenſura dignam continere mihi viſum eſt. Cum verò varia eruditione, & doctrina præcipuè S. Patris Auguſtini, eiuſdemq. familiæ Patrum ſit refertum, & in eo Eccleſiaſtica libertas ac iuriſdictio defendatur, & extollatur, iure meritò typis diuulgari poteſt

D. Matthias Guarguantus Congreg. S. Pauli S. Officij Papię Conſultor Theol. & Reuiſor ordinarius lib. imprimendorum.

Die 29. Auguſti 1617.

Viſa ſupraſcripta approbatione typis mandari permittitur hic liber.

Fr. Michael Angelus Lerrius Forliuien. Ordin. Prædic. Sacr. Theol. Magiſt. Inquiſitor generalis Papiæ.

Digitized by Google

BEATISSIMO PATRI
PAVLO V.
PONT. MAX.

Fr. Thomas Auguſt.[us] de Thalamello ſeruus inutilis ad pedes proſtratus ſuppliciter petens Apoſt.[am] benedictionem perperuam exoptat fęlicitatem præſentemq; ex animo præcatur.

INHVMANVS profectò, necnon maximè ingratus haberetur ille filius, qui cernens, atq; intelligens vtriq; Parenti periculum impendens, illud pro viribus non Simile
propulſaret, eoſq; tutaretur. Idcircò B. P. cum ſis meritò omnium Chriſtianorum Pater, Papa enim apud Græcos, Patrem Patrum apud nos eth[illegible]logia pa[illegible] pæ.
ſignificat. Sancta verò Eccleſia Catholica mater noſtra, nos verò filij, inter quos, Ego minimus propter veritatis vtriuſq; pſal. [illegible]
Imperij Pontificij maiorem perſpicuitatem, arbitrans meas eſſe partes rationum arma ſumere ex D. P. Aug. Patribuſq; Auguſtinianis alijſq. quampluribus, vnà cũ Pſal. odio habẽs Eccleſiam malignantium, Præſens opuſculum in vnum redegi, Rationale vtriuſq. Eccleſiaſticæ poteſtatis nuncupatum, quod iure optimo ſanctitati tuæ dicare oportunum duxi, vt vmbra nominis tuæ ſanctitatis velut clypeo protectum illeſum permaneat, clariuſq. eluceat. Paulus namq. iuxtà D. P. Aug. ſententiam libro de verb. Apoſt. paruus, ſeu modicus, fortaſſe ratione ethi[illegible]logia Pauli.
humilitatis interpretatur; Burgheſius à Burgo, ſeù Vico à quo cap. 2[illegible]

† 2 *Vicarius*

Vicarius totius Eccleſiæ militantis, nedum vici meritò effectus
Vicarius max. vnde non ab re Ezechiel Aquila grandis ma-
gnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis, &
cap. 17. *varietate cucurrit ad libanum .i. eiuſdem S. Matris Eccleſiæ*
militantis tulit medullam cedri .i. ſupremam Chriſti poteſta-
Simile. *tẽ. vnde Aquilam (vt tradunt rerũ naturæ periti) omnes aues*
timere; igitur à ſimili ſupereſt vt velut Aquila tandem reno-
uetur iuuentus tua, quod Deus faxit, quo longiori temporis in-
pſal. 102. *teruallo, velut Aquila nos ad volandum altius tanquam pul-*
Deu. c. *los prouocare valeas. Ex pſal. quoq; 148. Inimici per Draco-*
32. *nes intellecti Dominum laudent, ex tua ſingulari prudentia*
Mat. c. 9. *perfectiſq́ operibus. Solent etiam Dracones prudentiam ſigni-*
ficare, iuxta illud Matthæi. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes,
Simile *Draco etiam in terris ſerpit, natat in aquis, & volat in aere,*
ita ſumma potentia Pontificia vbiq; dominatur quamobrem
poteſt ſupplicium ſumere, præmioq́ afficere. Accipe itaq́ Bea-
tiſſime Pater hos qualeſcunque meos labores, imperfectos (fa-
Concluſio *teor) & quæſo propitio reſpice oculo, intelligens eoſdem eſſe fru-*
ctus Magiſterij, quod tua nunquam ſatis laudata benignita-
te haud grauatus es ſuperioribus annis mihi conferre.

Diu Vale. Dat. Papiæ 12. C. Aprilis. MDCXIIX.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

INter omnia D. N. Ieſu Chriſti neceſſaria præclariſſimi, v itiſ-
ſimaque documenta, illud extat præcipuum ad rem noſtrã. Qui
non eſt mecum aduerſum me eſt, & qui non colligit mecum di-
ſpergit; cui maximæ ſauet illud D. Pauli Ap. fratres eſtote imi-
tatores Dei ſicut filij cariſſimi, & ambulate in dilectione ſicut et Luc. c. 11.
Chriſtus dilexit nos &c. & illud Pſ. Bonum; ideſt melius eſt confidere in Do-
mino, quã confidere in homine, Bonũ ideſt melius eſt ſperare in Domino quam
ſperare in principibus ſupple terrenis, & pſ mihi adherere Deo bonũ eſt: po- pſal. 117.
nere in Deo ſpẽ meã, vt annũtiẽ oẽs prædicationes ideſt laudes tuas in portis
filiæ Sion: ideſt Eccleſiæ; imò Hierem. maledictus homo, qui cõfidit in hõie, & pſal. 72.
ponit carnẽ brachiũ ſuũ, & à Dño recedit cor eius erit n. quaſi myricæ in de-
ſerto, & non uidebit cum uenerit bonum, ſed habitabit in ſiccitate, in deſer- cap. 17.
to in terra ſalſuginis, & inhabitabili. Benedictus vir, qui confidit in Domi-
no, & erit Dominus fiducia eius, & erit quaſi lignum quod tranſplantatur
ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit cum ve-
nerit æſtas, & erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſol-
licitum, nec aliquando deſinet facere fructum. Quo circa congruenter mos l. more ma-
maiorum eſt ſeruandus, eo magis: quia qui de uno negat, de alio concedere vi- iorum ff. de
detur, & quando duo ſunt contraria ad poſitionem vnius ſequitur deſtructio iuriſd iu. &
alterius, ſic, & phiſicè contraria mutuo ſe expellunt. At maiores noſtri ſine C. de teſta.
aliqua comparatione fuerunt D. N. Ieſus Chriſtus, omnes Sancti Profetæ, oĩa iuxta l.
Apoſtoli, Martyres, Doctores, Confeſſores, & quicunq; alij ſancti: Ergo max. Ciu. &
mos eorum eſt ſeruandus, qui mirabiliter vſq; ad mortem paſſi ſunt: vt cum C. de li præ-
Domino eſſent, cum ipſoq; colligerent, viuamq: ſpem oſtenderent, maledictio- ter, & ex
nem iam dictam euitantes, benedictionemq; conſequerentur: vt tandem de vno he
nequam ſæculo negantes, de diuino famulatu apertè concedere viderentur: l. ſi maritus
atque ad poſitionem eiuſdem diuinæ collectionis ſequeretur deſtructio diſper- in fine de
ſionis. Bonum itaq: duximus (Candide Lector) pro modulo exiguæ, minimeq: procur. ff.
capacitatis noſtræ in hoc noſtro rationali vtriuſque Poteſtatis Eccleſiaſticæ, ff. de proc.
unà cum Domino: imò de Domino colligere rationes, auctoritates, nec non cla- l. pomp. §.
ram ueritatem prædictę Poteſtatis Eccleſiaſticæ: eidem S. M. E. Catholicę ſed & 15.
traditę relicteque à D. N. Ieſu Chriſto: de quo Mardocheus dicit, Domine Eſter, c. 13.
Deus rex omnipotens, & inditione tua tua cuncta ſunt poſita, & parum in-
fra, Tu es Dominus omniũ, Ioannes, eiuſdem Diſcipulos dilectus dicit, qui eſt Io. Apoc. c.
teſtis fidelis, & princeps regum terrę, & eodem parum infra Regnabit Deus
noſter idem D. Io eodem libro Ineternum alleluia: quia facta eſt ſalus, & uir- Apoc c. 15.
tus, & poteſtas Chriſti eius alleluia. Magna & mirabilia ſunt opera tua Do- apoc. c. 19.
mine omnipotens iuſtæ, & uerę ſunt uię tuæ rex ſeculorum. Quis non time-
bit te domine, & magnificabit nomen tuum? &c. & habet in ueſtimento,
& ſemore ſuo ſcriptum Rex regum, & Dominus dominantium, Rex magnus pſal. 94. &
ſuper omnes deos, & alibi qui facit mirabilia magna ſolus: & uerſu ulti- 134.
mo Confitemini Domino Dominorum &c. & pſal. 46. Quoniam Rex omnis

terræ

terrę Deus: Pſallite ſapienter &c. Eccleſiaſtici Vnus eſt altiſſimus crea-
eccl. c. 1. tor omnipotens, & rex potens, & metuendus nimis, & ſedens ſu-
per thronum illius, & dominans Deus. Quamobrem bonum: imò optimum
eſt, eſſe cum ipſo, nec non colligere cum eodem, minimeq; diſpergere. Dominus
ſimile Ieſus Chriſtus namque ſe habet ad Eccleſiam ſanctam Catholicam, ſicuti
ſponſus ad ſponſam: inter quos quodammodo omnia ſolent eſſe communia: Vn-
de D. Io. Apoſt. Vidi Ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem
apoc. c. 21 de cælo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. Obid colligens cum
S. M. Eccleſia, Dei Regina, aſtitit Regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato
pſal. 44. circundata uarietate; per hanc Reginam ſecundũ D. P. Auguſtinum, & Do-
minum Iacobum noſtrum Valentinum, intelligitur Eccleſia circundata ſacra
doctrina in uarijs linguis: uel uarietate ſanctorum Sacramentorum. Meritò
itaq: cum D. N. Ieſu Chriſto colligere dicitur, & creditur: qui cum Eccle-
ſia einſdem ſponſa colligens pro uiribus oſtendit eiuſdem, uel utriuſq: digni-
tatem, ueritatem, uariamque poteſtatem: quæ omnia communicaſſe, ſiuè com
ſimile municare eidem fatendum eſt D. N. Ieſum Chriſtum ex perfectiſſima ſua li-
beralitate, miſericordiaq: maxima. Nec abre idem euenit cum naturaliter,
caput influat in membra: ita idem Dominus noſter eidem Eccleſiæ &c. tan-
quam caput: ut clarius, & aptius patebit inferius.

Aduertendum eſt igitur primo (benigniſſimè Lector) multos in hoc præ-
ſenti opuſcolo noſtro allegatos eſſe ſacros Doctoras, præcipuè Auguſtinia-
nos, quorum quidam ſunt grauiſſimi, & primę claſſis, quidã graues, & ſe-
cundę claſſis, quidam tandem minus graues, & ultimæ claſſis. Nec obid ul-
ſimile lum uidetur ſequi inconueniens, quandoquidem clarè conſtat naturaliter eiuſ
dem manus digitos non eſſe pares, ſiue æquales: omnesq: tamen eandẽ integra-
re manũ: ita à pari, & ſi non oẽs iam dicti Sacri Doctores ſint pares, omniũ ta
men eorũdem doctrina utillima, præclara, ſanaq: apparet. Cũ eorumdem fun-
2. ſupple aduertas. damenta, uel ex ſacra ſcriptura, uel ex dictis Sanctorum Patrum, uel ex ſa-
pientum ſententijs ſint deſumpta. Nec turberis (humaniſſime Lector) & ſi
ſequentia fundamenta, ac rationes ſint deſumptę ex ſacra ſcriptura, ſacriſq:
2. ſent. d. 1. q. 1. art. 2. in corp. ar. v. 4. Doctoribus quoniã (ut optimè colligit B. Eg nr̃. Rom.) ſcientia humana prin-
cipalius innititur rationi, & ex conſequenti auctoritati. Vnde locus (conſue-
uerunt dicere) ab auctoritate eſt valde debilis, & infirmus, & 2. metaph. im-
2. met. tex. pedimẽtũ ad ſcĩam eſt credere teſtimonijs famoſorũ. Sacra aũt Theologia, ſiuè
ſcriptura è conuerſo procedit, & ſe habet: quia auctoritas eiuſdẽ eſt multo va
lidior, et principalior, quã quæcunq; ratio, vnde S. P. Aug. Maior quippe hu
2. lib. ſuper Gen. ad lit. ius ſac. ſcrip. eſt auctoritas, quam quæcunque humani ingenij capacitas, ac
perſpicacitas.

Colligas ergo (ſtudioſiſſimè Lector) hos quales ſint ex humili Auguſtinia-
na Arbore fructus, ad Dei optimi laudem, Sanctæque Matris Eccleſiæ vtili-
tatem ſiuè defenſionem, communemq; noſtram ſalutem. Amen.

DOCTORES

Eiuſdem Ordinis D.P. Auguſtini, unà cum ipſo, ſunt hij hic inferius nominati, ſiuè conſcripti.

D. P. AVGVSTINVS Hippon. Epiſc. Ordin. Eremitarum Fundator, & Pater.

D. Gelaſius Afer Papa primus huius nominis, & diſcipulus eiuſdem D.p. Auguſt.

D. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus eiuſdem D p. Auguſt. diſcipulus.

D. Proſper. Doctor Pariſinus, & Reginenſis Epiſcopus.

B. Egidius Columna Romanus Cardinalis, & Archiepiſcopus Biturcenſis.

B. Bonauentura Patauinus Card. & Martyr.

B. Alexander Oliua de Saxo ferrato Card.

B Alphonſus Archiepiſcopus Toletanus.

B Thomas de Villanoua Archiepiſcopus Valentinus.

B. Auguſtinus Romanus Epiſc. Nazianzenus.

B. Auguſtinus Anconitanus.

B. Simon de Caſſia.

B. Iordanus de Saxonia.

B. Albertus Patauinus Doctor Pariſinus.

B. Thomas Argentinas olim ordinis noſtri Prior Generalis.

Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ D. Egidius Viterbienſis Cardinalis S. R. E.

Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ D. Hieronymus Seripandus Neapolitanus legatus de latere Sacri Concilij Tridentini Cardinalis.

Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D Gregorius Petrochinus Elparenſis Cardinalis, & vnus ex Epiſcopis Sabinenſibus.

Illuſtriſſ. ac Reuerendiſs. D. Bartholomeus Vrbinas Archiepiſcopus.

Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D Alexander à Sancto Elpidio Picenus Archiepiſc. Rauẽnas.

perilluſt. ac Reuerendiſs. D. Iacobus Valentinus Epiſcopus Chriſtopolitanus Doctor egregius.

perilluſt. ac Reuerendiſs. D. Ambroſius Neapolitanus Epiſcopus Camocenſis.

perilluſt. ac Reuerendiſſ. D. Alexius Stradel- Genuenſis la Epiſcopus Nepeſinus.

perilluſt. ac Reuerendiſs. D. Ioſeph Pamphilus Veronenſis Epiſcopus Signinus, ac Hiſtoricus.

perilluſt. ac Reuerendiſs. D. Angelus Rocha à Camerino Epiſcopus Tagaſtenſis, & S. D. N. Sacriſta.

perilluſt. ac Reuerendiſs. D. Hippolitus Rauennas Epiſcopus Ciuitatis Caſtellanæ. ac Horti.

Reuerendiſs. pater Magiſter Gregorius Ariminenſis olim Prior Generalis Ordinis noſtri, & Doctor egregius.

Reuerendiſſ. pater Magiſter Thadeus Peruſinus ſcriptor, & Doctor egregius, nec nõ olim Prior Generalis.

Reuerendiſs. pater Magiſter Ambroſius Chariolanus olim prior Generalis, nec nõ Scriptor.

Reuerendiſs. parer Magiſter Franciſcus Recanatenſis olim Prior Generalis.

Reuerendiſs. pater Magiſter Ioannes Baptiſta de Aſte Ianuenſis paulo ante prior Generalis.

R. Admodum pater magiſter Petrus de Aragona ſcriptor celebris.

R. Adm. p. mag. Michael Salon Hiſpanus Doctor celebris.

R. Adm. p. mag. Gregorius Coronel Luſitanus.

R. Adm. p. mag. Paulus Venetus Theologus philoſophusq: præcipuus.

R. Adm. p. mag. Gerardus Senenſis Theologus magnus.

R. Adm. p. mag. Gabriel Buratellus Anconit.

R. Adm. p. mag. Euangeliſta Boſius Patauinus Celebris ſcriptor.

R. Adm. p mag. Sebaſtianus Fanenſis.

R. Adm. p. mag. Albertus de Saxonia.

R. Adm. p. mag. Ambroſius Calepinus Bergomenſis, olim Calepij Comes.

R. Adm. p. mag. Iacobus Philippus Bergomẽſis Chronicarum Collector.

R Ad p mag. Marianus Mãcinus Piſaurenſis.

R. Ad. p. mag. Aurelius Filucius Piſaurenſis.

R. Ad p. mag Auguſtin. Viuius Neapolitanus.

R. Adm. p. mag. Ludouicus de Beia Paleſtrellus Luſitanus.

R. Ad. p. mag. Franciſcus a Chriſto Hiſpanus.

R. Ad p. mag. Petrus de ValdeRama Hiſpan.

R. Ad. p. mag. Nicolaus Barianus placẽtinus.

R. Ad. p. mag. Chriſtoforus Fonſeca Hiſpan.

R. Adm. p mag. Sanctes à monte Regali.

R. Adm. p. mag. Alphonſus de vera Cruce Hiſpanus

Digitized by Google

ſpanus in primaria Cathedra Mexicanæ vniuerſitatis.S. Theol. Doctor.

R. Admodum p. mag. Ioannes Baptiſta Arrigus Florentinus.

R. Admodum p. mag. Iacobus Veldius.

R. Admodum p. mag. Ioannes Bernardus Sauonenſis.

R. Admodum p. mag. Leonardus Coqueus Aurilianenſis Gallus.

R. Admodum p. mag. Aloyſius Bariola Mediolanenſis.

R. Admodum p. m. Ferdinandus peralta Hiſpanus.

R. Admodum p. mag. Gotſcalcus Holem.

R. Admodum p. mag. Petrus Vega Hiſpanus

R. Admodum p. mag. Alphonſus Mendotius Hiſpanus.

R. Admodum p. mag. Cornelius Lancelotus Belga.

R. Admodum p. mag. Michael Durazinus Emporienſis.

R. Admodum p. mag. Ioannes Heffmeiſter.

R. Admodum p. mag. Auguſtinus Muſeus Teruiſinus.

R. Admodum p. mag. Proſper Stellaritius Belga.

R. Admodum p. mag. Paulus Ciera Venetus.

R. Admodum p. mag. Aurelius Linarienſis omni liguorum genere ornatus.

R. Admodum p. mag. Ambroſius Staibanus Tarentinus.

R. Admodum p. mag. Thadeus Locatellus Talamellenſis Patria,& Relig. Arim.

R. Admodum p. mag. Thomas Brouinus Bononienſis Doctor Colleg.

R. Admodum p. mag. Marcus Lanzonius Bononienſis Lector publicus.

R. Admodum p. mag. Paulus Fraſſinellus Bononienſis Lector publicus.

R. Admodum p. mag. Ioannes Maria Concordienſis.

R. Admodum p. mag. Adeodatus de Pinnabillorum vitæ integerrimus.

R. A dmodum p. mag Iacobus Sanctinus Coritanus.

R. Admodum p. mag. Laurentius Rauennas.

R. Admodum p. mag. Antonius Myricius Derthonenſis.

R. Admodum p. mag. Angelus Carezanus Derthonenſis Doctor Piſanus.

R. Admodum p. mag. Thomas Barilarius Talamellenſis Collector operis.

Alij diuerſi Doctores.

D. Petrus Apoſtolus.

D. Paulus Apoſtolus.

D. Iacobus Apoſtolus.

D. Ioan. Euang.

D. Matth. Euang.

D. Marcus Euang.

D. Luca Enangeliſta.

D. Leo Papa.

D. Hieronymus Cardinalis S.R.E.

D. Bonauentura Cardinalis S.R.E.

D. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis.

D. Ioannes Chriſoſtomus Patriarcha Conſtantinopolitanus.

D. Hylarius Epiſcopus.

D, Gregorius Nyſenus.

D. Thomas Aquinas.

D. Iſaias Propheta.

D. Hyeremias Propheta

D Dauid Propheta.

Multa ſacra Concilia, præcipuè Trdentinũ.

Sacri Canones.

Magiſter ſententiarum Epiſcopus Pariſinus

Venerabilis Beda.

R. Admodũ P. Mag. Petrus Aquilanus ideſt Scotellus ord. min. S. Franciſci.

R. Admodum P. mag. Pelbartus Franciſcanus de obſeruantia.

Dñs Bartholomeus Chaſſaneus Burgundius.

Rupertus Abbas.

Arnobius ſuper P ſal. Dauid.

Ioan. à S. Geminiano Ord. Predicatorum.

R. Admodnm Dominus Bartholomeus Githeus Talamell. Archipresbyter.

D. D. Iuris Conſulti, ſiue leges Imperiales.

Ariſtoteles Peripateticorum Princeps &c.

Marcus Pallius Cicero veræ eloquentiæ pater.

Porphirius.

Digitized by Google

PRIMI TRACTATVS
CAPVT PRIMVM

In quo breuiter proponitur ſatis curioſa quæſtio.

MVlti ſolent diligenter quærere, ac ſubtiliter inueſtigare, qua de cauſa Deus optimus, maximus, cum ſit omnipotens, ſæpè, ac ſæpius permittat, multa in hoc ſęculo accidere ſcandala, atq; pernicioſos ſequi errores, & non impediat, eo magis: quia omnia diuino ſubſunt arbitrio imperatiuè, vel permiſſiuè, iuxta illud, dicite Deo: quam terribilia ſunt opera tua Domine? & infra eodem Pſalmo Venite, & videte opera Dei: terribilis in conſilijs ſuper filios hominum, & infra eodem Pſal. qui dominatur in virtute ſua in æternum: oculi eius ſuper gentes reſpiciunt &c. quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe conſpicit, Deus autem noſter, in cœlo: omnia quæcunq; voluit, fecit, quia ego cognoui quòd magnus eſt dominus, & Deus noſter præ omnibus Dijs: omnia quæcunq; voluit, fecit in cœlo, & in terra: in mare, & in omnibus abyſſis. & ſanctus Leo, Deus omnipotens, & clemens, cuius natura, bonitas, cuius voluntas potentia, & cuius

Pſ. 65. *Pſ. 94.* *Pſ. 113.* *Pſ. 134.* *D. Leo Papa ſer. 2. de Nat. Domini.*

opus miſericordia, &c. His multiſq; alijs dictis ſacræ ſcripturæ ſtantibus, conueniens eſt finales aſſignare rationes diuinas. Quæ notæ erunt in ſequentibus.

CAPVT SECVNDVM.

Primi Tractatus in quo priores adducuntur Reſponſiones.

1. DIuus primo loco Gregorius Papa, Verbo, cum audieritis prælia, & ſeditiones &c. Reſpõdet ſic: ideò poſt bella, & ſeditiones non ſtatim finis: quia multa mala debent præcurrere; vt valeant ſine fine malum nunciare &c. Reſpondet etiam huic difficultati, ſiuè præpoſitæ quęſtioni D. Hieronymus, Verbo, acceſſerunt &c. quis putas maior eſt in Regno Cœlorum? &c. videns Ieſus cogitationes eorum, & cauſas erroris, intelligens, vult deſiderium gloriæ humilitatis contentione ſanare &c Vnde nõ videtur potuiſſe ſanare, niſi plagam iam factam, &c. ſequitur textus Euãgelicus, ſi autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te &c. neceſſe eſt quidem ſcandala venire &c. Veh autem illi &c. neceſſe eſt, vt fiat in mundo, vitio ſuo facit, vt per ſe fiat &c. dum ergo punitur ſcãdalorum auctor, quis dubitat diuinam apparere iuſtitiam? hæc D. idem Hieronymus. at pro maiori declaratione dictorum in hac ſecunda reſponſione, maximè conſideranda eſt doctrina Diui Thomæ dicentis, ſiuè gloſantis, neceſſe eſt, vt veniant

Sup Luc. cap. 21.

2. *Super Matth. c. 18.*

D. Th. 22. q 43. ar. 2 ad primũ.

niant ſcandala, non eſt intelligendum de neceſſitate abſoluta:ſed de neceſſitate conditionali,qua ſcilicet neceſsè eſt præſcita, vel prænunciata à Deo,euenire, ſi tamen coniunctim accipiatur, vt 1. lib. dictum eſt: vel neceſſe eſt euenire ſcandala neceſſitate finis: quia vtilia ſunt ad hoc, vt qui probati ſunt,manifeſti fiant: vel neceſſe eſt euenire ſcandala ſecundum conditionem hominum, qui ſibi à peccatis non caueant, Sicut ſi aliquis medicus videns aliquos in debita dieta vtentes,dicat,neceſſe eſt tales infirmari: quod intelligendum eſt ſub hac conditione, ſi dietá non mutét,& ſimiliter neceſſe eſt euenire ſcandala,ſi homines conuerſationem malam non mutent. Reſpondet D.Amb.vt refert Bartholomeus noſter Vrbinas in milleloquio eiuſdem S.Amb.verbo,malũ: Ideo à Deo permiſſum eſt ſupple malũ: vt poſſimus, ſuper eminentiam boni ſcire. quomodo enim ſi non eſſet ſcientia boni, & mali; inter bonum,et malum diſcretionem aliquam, ideſt diſtinctionem diſcernemus? nam neque quod malum erat, malum iudicaremus eſſe,niſi eſſet ſcientia boni:ſciẽtia autem boni eſſe non poſſet, niſi eſſet mali?cõfirmatur per Philoſophum oppoſitorum eadem eſt regula, et diſciplina: bonum,et malum ſunt oppoſita.ergo etc.

triplex reſponſio D. Tho. q. 23 ar. 5.

ſimile.

3. *D. Amb. lib. de Paradiſo c. 2 Bart. Vrb. in milleloq. D. Amb.*

Phil. 1. priore c. 1.

CAPVT TERTIVM.

Primi Tractatus, in quo ſequuntur aliæ Reſponſiones.

Diuus P. Auguſtinus verſ.quouſq; iuſtitia conuertatur in iudicium etc.ſic dicit, Deus pri- 4. *Pſal. 93.*

mo patitur malos, et poſtea iudicat eoſdem, modo iuſtitia ſit, poſtea conuertitur in vitium, tamdiù patitur homines malos, quamdiù vult Deus, quamdiù perferet illos Eccleſia Dei, vt erũdiatur per malitiã
Pſ. 139. ipſorum, et idem D. P. Auguſtinus verſ. iuxta iter poſuerunt ſcandalum mihi etc. nec volo dicas, etſi prohiberet illos Deus ponere mihi ſcandala etc. et non ibi ponerent, imò permiſit Deus ponere etc. vt
Pſ. 119. tù non recedas à ſemitis eius etc. et idem D. P. Auguſtinus verſ. ſagittæ potẽtis cum carbonibus etc. carbones autem quando accenduntur, ante quam accẽderentur extincti erant, nam extincti carbones mortui dicuntur, ardentes verò viui appellantur: exempla ergo multorum iniquorum, qui conuerſi ſunt ad Dominum, carbones dicti ſunt etc. et parum infra adducit illam parabolam Saluatoris, de frumen-
Matth. 13 tis, et zizanijs. Cum autem creuiſſet herba, et fructum feciſſet, tunc apparuerunt, et zizania, ideſt mali, ſiuè praui homines: qui non apparent, niſi bonis
Pſ. 54. compararentur; hinc verſ. contriſtatus ſum in exercitatione mea, idem D. P. Auguſtinus dicit. Ne putetis gratis, malos eſſe in hoc mũdo, et nihil boni de illis agere Deũ. omnis autẽ malus: ideò viuit; vt corrigatur, aut per ipſum bonus exerceatur, idem ſimiliter ſentit, & docet B. Albertus noſter Patauinus
B. Alb. Patau. in Vig. Epiph. ſuper Matt. c. 2. in vigilia Epiphaniæ. Bartolomæus noſter Vrbinas in milleloquio S. P. Auguſtini, verbo, malus de mente eiuſdem; quomodò in hoc præcepto exerceris. Diligite inimicos veſtros &c. ſi nullum patereris ini-

micum

micum? vides ergo prodeſſe tibi aliquid, quod De-
us parcit malis; proſit tibi ad habendam miſericor- 5. *Bart. vrb. ĩ milleloq. S.P. Aug Pſ.54.*
diam; quia, & tu fortè, ſi bonus es, ex malo factus
es bonus &c. Et in Epiſtola ad Vincentium, non
propter malos boni deſerendi ſunt: ſed propter bo-
nos mali tolerandi ſunt: oſtendit enim Deus po-
tentiam ſuam, qua bene vtitur, etiam malis, & ſic
optima habetur reſponſio; Præpoſitæ quæſtioni
egregie ſatisfacit etiã B. Egidius noſter Columna
Romanus. Bona per ſe, & directe cadunt ſub diui- 6. *B. Egid Ro. 2 ſen. d.2.p.1.q. 2.art.3.in corp. art. 1.ſent. d. 1.art.3.1. argumento.*
na prouidentia, & ſollicitudine: mala autem quaſi
per accidẽs, & indirectè, in quantũ ex malis eliciun-
tur bona, vt ex malo culpæ elicitur punitio, & bo-
num iuſtitiæ, & hoc idem docet de mente D. P. Au-
guſtini in ſuo Enchiridion, vnde videtur poſſe ac-
comodari de facili propoſitio illa, quam affert idem
Egidius, cuius vſus bonus eſt, ipſum quoque bo-
num eſt, quam etiam ſententiam admittit in prima
reſponſione; quamobrem, & ſi mala quæcunq; ex
ſui natura ſemper ſint mala: attamen quatenus ca-
dunt ſub diuina prouidẽtia ratione punitionis, ali-
quo pacto videntur eſſe bona.

CA-

CAPVT QVARTVM.

Primi Tractatus, in quo aliæ aſſignantur reſponſiones.

BEatus Simon noſter de Caſſia, de Religione Chriſtiana ſimiliter huic quæſtioni reſpondet dicens. Nam ſi omnes peccantes ſubita percuſſione puniret, ſupple Deus: impius crederetur conditor omnium, ipſos ad pœnitentiã non expectans: ſed quia benignus, & miſericors eſt, ſecundum Ioelem Prophetam, & pręſtabilis ſuper malitiam: non vult mortem peccatoris: ſed vt conuertatur, & viuat, & ſecundum D. Apoſtolum arguentem peccatores ad pœnitentiam non reuertentes; an diuitias bonitatis illius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignorans; quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? & idem B. Simon exponens illam Saluatoris parabolam de frumento, & zizanijs, ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem &c. dicit; diuina permiſſio reſpicit quæ ſupra poſuimus: inſuper, & quod ab eo impoſſibile factum eſt, non omnes homines iudicari: vt ſi euadant tempore perfunctoriæ vitę, non tamen finitam eſſe, ſuffragium euaſionis habebunt: omnes enim, qui ad tempus effugiunt humanum iudicium, includunt diuinum: ſupple iudicium. non enim Deus hic omnia punit: non omnia iudicio reſeruat extremo. Dei miſericordiam, & iuſtitiam ſemper apparere neceſſario, factum eſt: vt hic miſereatur; & tem-

7. Sim. de Caſſia li. 1. cap. 25. de Relig. 10.

Ioel. c. 2.

D. Pau. Rom. c. 2.

B. Sim. li. 6. Matt. 13 de relig. Chriſt.

poraliter

poraliter puniatur: alibi etiam poſſit miſereri, & eternæ damnare. B. Auguſtinus noſter Anconitanus lib. ſuo de Poteſtate Eccleſiaſtica ſimilem videtur docere reſponſionem, dicens, omnes creaturæ rationales ſunt oues Chriſti, iure creationis: & ſufficienter iure redemptionis: quia ipſe pro omnibus ſufficienter paſſus eſt: ſed pagani, & infideles, non ſunt ex ouibus Chriſti, fidei adheſione. Vnde dicit gloſ. ſuper dictum verbū non eſtis ex ouibus meis, conſequenter inducit eos: vt eius oues efficiantur. Secundum enim Auguſtinum, de nullo eſt diffidendum: quia, qui hodie ſunt Iudæi, vel Pagani: cras poterunt eſſe Chriſtiani, & ſic omnes poſſunt eſſe Chriſti oues ex parte Eccleſiæ; per eiuſdem charitatem: quia pro omnibus orat: vt conuertantur, & per eorum poteſtatem: quia omnibus datum eſt velle, & liberum arbitriū quo conuerti poſſunt, &c. 8.

B. Aug. Anch. lib. de Pot. Eccl. qu. 23. artic. 1. ad ſecundum gloſſ.

Idem B. Aug. eodem lib. de mente S P. Auguſt. lib. de vera Religione dicentis. Fides Catholica vtitur Iudæis ad comparationem pulchritudinis ſuę: quia ex hoc, quod Iudæi ritus ſuos obſeruant, in quibus præfigurabatur veritas fidei, quam tenemus. Iſtud bonum prouenit, quod teſtimonium fidei noſtræ habemus ab hoſtibus, & quaſi in figura nobis repræſentatur, quod credimus; vt ſint ipſi fallaces pro ſe, & veraces pro nobis, & contra ſe: vnde quodamodo, quod de Iudæis dicitur, de cęteris malis verificari poterit.

B. Aug. q. Anconit. 24 art. 2. incor. ar. S.P. Aug. li. de Ven. Rel ig.

B. etiam Thomas noſter de Villanoua in quadā

B. Thom. Villanoua ſua Concione habita pro Sanctis Martiribus Coſma, & Damiano accipiens illud Pſ. Multæ tribulationes iuſtorũ, & de omnibus his liberabit eos Dñs vbi laudans; & extollens ſuper omnia diuinam prouidentiam; quid enim eſt Deus? niſi vniuerſalis optimus, & gubernator omnium? quomodo non erit gubernator eorum, quorum fuit opifex, & creator? aut quid in rebus poteſt legem, & iurisdictionem ſui conditoris ſubterfugere? & ab eius dominio excipi, vnde Pſal. contra docentes oppoſitum, dicit intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite: qui plantauit aurem non audiet, aut qui fixit oculum non conſiderat? Idcirco parum infra eadem Concione per Pſ lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, & annis, quibus vidimus mala, & Pſal. tranſiuimus per ignem, & aquam & eduxiſti nos in refrigerium: vnde nobiſcum Deus agit, ſicut qui præclarum conuiuium ſuis parat amicis, detinens aliquantulum eoſdem ante prandium, vt eſuriant, & eis melius cibaria pretioſa ſapiant: Vulgo enim dicitur: quies, quę laborem ſequitur, gratior eſt; hoc enim malum habet boni, vt bonum iuxta ipſum poſitum magis illuceſcat, ſecundum etiam Philoſophum. Parum infra idem dicit, tribulationes eſſe calcaria, quæ faciunt nos citius ad Deum currere: in Pſal. multiplicatę ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt, & è contrario proſperitates nos detinent, ſiue à curſu noſtro ad Deum quodammodo impediunt.

Pſal. 33. Pſal. 93. Pſal. 89. Pſal. 65. Simile Prouerbiũ Pſal. 15.

CA-

CAPVT QVINTVM.

In quo ſequuntur aliæ aliorum Reſponſiones.

DOminus Iacobus noſter Valentinus adhæc ſimilia docet, & adducit aliā reſponſionem Pſal. verſ. Concaluit cor meū intra me &c de mente S. P. Aug. Perſecutiones, & flagella temporalia ſunt bonis bona, & malis mala: nam vna, & eadem infirmitas, & aduerſitas operatur diuerſa in bonis, & malis: nam malus blaſphemat contra Deum &c. iuſtus autem eumdem laudat Deum, & patienter ſuffert, & ſic perſecutiones fuerunt bonæ & vtiles ſanctis Patribus, & toti Populo Dei; non ergo ſine cauſa mali viuunt in hoc ſeculo: ſimiliter B. Thom. noſter Argentinenſis pro ſecunda ratione fundamentali de mente D. P. Aug. in ſuo Enchiridion; Malum bene ordinatum, & ſuo loco poſitū, commendat bona, vt magis placeant; Deus omnipotens non ſineret aliquid mali eſſe in opere ſuo, niſi adeo eſſet omnipotens, & bonus; vt bonum benefaceret de malo, & per D. Boetium, modus Diuinus eſt, quòd ad bonum dirigens, cuncta diſponat, & ſic concludit mala eſſe, ſiue cadere ſub diuina prouidentia, & idem Thomas eodem primo ſent: docet, mala etiam culpæ cooperari electis Dei in bonum: ſecūdum quòd dicit Gloſ. ſuper illud verbum D. Apoſt. ſcimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Idem pariter docet

10. *Iacob. de Val. ſuper Pſal. 130. S. P. Aug. 1. de Ciu. cap. 8.*

11. *B. Thom. arg. 1. ſēt. d 38. q. 1. art 4 S. P. Aug. Ench. 1. cap 7.*

D. Boet li. 4. de conſolatione.

1 ſent d. 1. q. 4 art. 4.

Gloſ. ſup Apoſt. ad Rom. c. 8.

B. Egid. Ro. 1. ſẽt. d. 1. ar. 6. ad 2. quæſtionẽ et 3. ar.

B. Egidius Rom. noſter vtimur malis penæ, ea patienter tolerando, & malis culpæ vtimur deteſtando, & eadem reprobando.

Paulus noſter Venetus lib. de compoſitione mundi dicit, & docet, nihil eſſe in hoc mundo ſine ſuo oppoſito. Qua de re ſi mali, & mala dantur in

12. rerum natura, dantur: quia ſunt oppoſita bonis: id-

Paul. Ven c. 19. concl. 4. qu. vlt. in corpore Philoſoph 5. Eth.

circo idem Paulus lib. 2. de Generatione, docet de mente Philoſophi quod iuſtitia bonos pręmiat, maloſque punit. Vnde multoties non premiatur, neque punitur in hac vita: quia fortis moritur exercendo virtutis actum: vt videmus communiter, quod ſceleſtes, & iniquè proſperitatibus mundi huius latiſſimè gaudent: boníque, & perfecti, tribulationibus, anguſtijs, ac perſecutionibus duriſſime comprimuntur. quamobrem idem 3. lib. de Anima expo-

tex. 51.

nens illud Philoſophi bonum, aut eſt bonum reale, aut apparens, dicit omne bonum eſſe faciendum, nullumque malum eſſe operandum; forſan intelligens de malo culpæ, quæ ſi datur aliquando, eadem vti debemus modo prædicto.

Digitized by Google

CAPVT SEXTVM.

In quo aſſignantur reſponſiones ſecundum ſacros Canones legeſque Imperialis.

SAtisfaciunt etiam ſacri Canones prępoſitæ quæſtioni ſecunda parte libri decretorum, aduerſitas quæ bonis votis obijcitur, probatio virtutis eſt, non iudicium reprobationis; ferrum quippe mentis noſtrę ad acumen nõ poteſt peruenire veritatis, niſi hoc alterius lima prauitatis craſſerit. Item nõnullos toleramus, quos corrigere, vel punire non poſſumus. neq; enim propter paleam relinquimus Domini aram. neque propter malos piſces Domini retia rumpimus, neq; propter Hedos in fine ſegregandos Domini gregẽ deſerimus; neq; propter vaſa facta in contumeliam migramus de Domini domo. item eadẽ parte, ideò diuina prouidentia multos diuerſi erroris hęreticos eſſe permittit: vt cum interrogant nos, ea quæ neſcimus, ſic diſcutiamus pigritiam, & diuinas ſcripturas capiamus. Propterea ait Apoſtolus; vt probati manifeſti fiant Ad eandẽ quæſtionem reſponderi etiam poteſt ſecundum D. D. Iuriſconſultos. nam in ſui principio à Deo gubernatur imperium, & per eum refrenata ſunt bella, pax decorata, & ſtatus Reipublicę ſubſtentatur &c. at quia cuncta creata ſunt variabilia, & mutabilia, ſecundum B. Ægidium Romanum fundamentaliter de mente D. Da-

Margin: 13. — *canon. 2. p. lib. decr. c. ſugeſtũ. 7. q. 1.* — *ſimile.* — *cap. Quicunq; 23 quæſt. 7.* — *ſimile. cap. 24. de prouidẽtia q. 3. Quare diuina etc* — *pri. cor. c. 11.* — 14 — *l. 1 c de veteri iure enucl.*

B. Egi Ro. 1 ſen. diſt. 8. art. 11. D. P. Aug. de trin. c. 1 D. Tho. p. p. q 23. ar. 3. ad 1, L. eius artif C. de oper. ib.

maſceni, quod à verſione incipit, verſioni oportet eſſe ſubiectũ,& de mẽte D.P.Aug. ſolus Deus propriè eſt immutabilis, & immortalis, hinc etiam D. Th. Culpa prouenit ex libero arbitrio eius, qui reprobatur,& à gratia deſeritur &c.& ſic Deus totius imperij rector, videtur eadem mutabilia ſinere, ſeu permittere proprio vti curſu. Vnde accidens ſequitur naturam ſui ſubiecti regulariter, & ſic culparũ, ac malorum omnium in hoc vniuerſo euenire videntur ſequendo naturam ſuorum ſubiectorum: Adeò, quod ad permiſſionem dictorum, ſequitur eorundẽ refrenatio, quoad pœnas temporales, vel æternas. hinc pęna eſt menſura delicti. fruſtra enim eſſet pœnarum menſura, niſi eſſet culparum menſurabile; qua propter B. Egidius noſter Rom. accidentia menſurantur accidente: ſi quæramus accidentium menſuram, vt accidentia: colores namq; colore menſurantur: ſi verò accidentia menſurantur, vt entia, menſura eorum eſt ſubſtantia, inter menſuram, & menſuratum, datur quædam proportionis relatio. Idcircò ad rem idem B. Ægidius Rom. docens qualiter Deus vtatur ſuis creaturis, dicit de mente Magiſtri ſenten. eadem diſt. in. iſta eſt differentia inter vſum viatorum,& vſum diuinum. ille enim vtitur nobis: noſtri miſerendo, vt nobis ſuam bonitatem tribuat in fruitione: nos verò inuicem noſtri vtimur, & miſeremur, vt illo fruamur, & ideò viatores vtuntur rebus propter utilitatem propriam, & diuinam bonitatem conſequendam.

l. ſacimus ff de pęnis

B. Aegid. Rom. 1 ſé. d. 8 a. 4 ad 2.

10. met. Egid. 1. ſé. d. 1. a. vlt. in corp.

Digitized by Google

Deus autem modo contrario vtitur nobis, propter bonitatem propriam, & vtilitatem noſtram, utendo nobis Deus propter bonitatem ſuam: triplex utilitas, ſeu bonitas nobis à Deo confertur. Primò quãtum ad bona naturæ, & ideò dicit: quia ipſe bonus eſt: ſumus. Secundò, quoad opera miſericordiæ: idcircò dicit, noſtri miſeretur, ut ſe perfruamur. Tertiò, quoad opera iuſtitiæ: quia iuſtus eſt: non impune mali ſumus, & inquantum impune, mali ſumus: per pœnam retrahimur, & bonitatem uitæ conſequimur. Ad rem etiam uenit id quod docet D. P. Aug. in ſuo Enchiridion: Deus melius iudicauit de malis benefacere, quam nulla mala eſſe permittere; Vnde idem S. P. Aug. Pſal. uerſ. Dulcis, & rectus Dominus propter hoc legem dabit delinquentibus in uia; dulcis eſt Dominus, quandoquidem, & peccantes, & impios; ita miſertus eſt: ut omnia priora donaret; ſed etiam rectus eſt Dominus, qui poſt miſericordiam uocationis, et ueniæ, quæ habet gratiam ſine meritis, digna ultimo iudicio merita requiret. Propter hoc legem ſtatuit delinquentibus in uia: quia miſericordiam prærogauit; ut perduceret in uia.

triplex bonitas

D.P.Aug. in Enchi. c. 25. 26. & 27.

Pſ. 24.

Tandem bonum duximus iam dictam difficultatem, ſiue quæſtionem terminandam eſſe ſecundũ doctrinam eiuſdem B. P. Augu. dicentis, qui ergo in Eccleſia Dei morbidum aliquid, prauumq; ſapiunt: ſi correpti, ut bonum rectumq; ſapiant, contumaciter reſiſtunt, ſuaque peſtifera, et mortifera

D.P.Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 51.

dogmata

dogmata emendare nolunt: ſed defenſare reſiſtunt: Hæretici fiunt, et foras exeuntes habentur in exercitibus inimicis: etiam ſi quippiam veris illis catholicis membris Christi malo ſuo proſunt. Dum enim Deus vtitur, & malis bene, & diligentibus eũ, omnia cooperantur in bonum. Inimici omnes Eccleſiæ quolibet errore cæcentur, vel malitia deprauentur &c. (modo ſequitur ad quæſtionem propria reſponſio) ſi accipiunt poteſtatem corporaliter affligendi: exercent eius ſupple Eccleſiæ, patientiam: ſi tantummodo male ſentiendo aduerſantur; exercent eius ſapientiam: vt autem etiam inimici diligantur; exercent eius beneuolentiam, aut etiam beneficentiam etc. quam certè beneuolentiam, & beneficientiam omni, quo poſſunt ſtudio, ac ſedulitate nituntur Hæretici, & Sciſmatici de medio tollere; vt optime docet idem D. P. Aug. clarè dicens. nam multi Hæretici nomine chriſtiano animas decipiẽtes; at vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitiã. Iuſtus enim ex fide viuit, neque Sciſmatici aliquid de iſta mercede ſibi promittunt; vbi enim charitas non eſt; non poteſt eſſe iuſtitia. Dilectio enim proximi malum non operatur, ſecundum D. Apoſt. quam ſi haberent non dilaniarent Corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia &c. quæ quidem ſemper iuſtè odio habuit Eccleſiam malignantium, iuxta illud, odiui Eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo: ſed perpetuo veritatem dilexit ardẽnter, tamquam verum fundamẽtum, omnia mandata tua

Egregia reſponſio.

D. P. Aug. ſuper Matth. cap. 5.

D. Apoſt. Pſal 25.

pſal. 25.

Pſal. 118.

veritas;

veritas;& initiũ verborum tuorũm veritas;pro qua certandum eſt vſque ad mortem; ſicut apertè docet idem D.P. Aug. eodem Pſal.& ver. de hac autem veritate ſemper tuenda plenius dicetur in ſequenti Capite. *D.P.Aug.*

CAPVT SEPTIMVM.

De Veritate tuenda.

AGendum eſt de veritate tamquam de Dei maxime amica iuxta illud, *Pſal.50.* Ecce enim veritatem dilexiſti, & hoc non ſine maxima ratione dicente eodem D.P.Aug. Quid enim *D.P.Aug.* glorioſius fratres quam vinci, & *ſup.Pſ.57.* ſubijci à veritate?ſuperetq; veritates volẽtem.nam & inuitum ſuperabit: eo magis quia vt dicit idem *Pſal.10.* D.P.Aug. ſola veritas beatos facit;ex qua vera ſunt omnia, quam veritatem ignorant Hæretici; vt etiã clarè habet idem D.P. Aug. ver. vt Deſtruas inimi- *D.P.Aug.* cum,& vltorem &c. & panis veritatis eiſdem Hæ- *ſup Pſ. 8.* reticis amarus eſt,dicit idem ver.*G*uſtate,&c.idemq; veritatis panis aduerſantium dentibus laceratur,tra- *Pſalm. 5.* dit idem D.P.Aug. uerſ. dentes eorum contriuiſti: *D.P.Aug. ſuper Pſ.3* Contritio,& infelicitas in uijs eorum,& uiam pacis *Pſal.13.* non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos *Pſ. 123.* eorum, & Benedictus Dominus, qui non dedit nos *idẽ S. Aug.* in captionem dentibus eorum &c. pro pena aduer- *de ſer.dñi i mõte l.2.ve rita.opugn. dñr canes, & ſues.&c,* ſantium

D. Apoſt. ad Gal. c. 5 ſantium dicit D. Apoſt. ſi mordetis inuicem, uidete ne conſumemini ab inuicem; & pro dentibus peccatorum, accipi poſſunt Principes peccatorum ſiue impiorum, quorum auctoritate quiſque de ſocietate rectè uiuentium præciditur, & quaſi incorporatur malè uiuentibus, his dentibus contrarijs, ſunt dentes Eccleſiæ, cuius auctoritate ab errore gentilium, uanorumq; dogmatum præciduntur credentes, & in eam, quæ Chriſti corpus eſt transferuntur: de his dentibus dictum eſt Petro, ut manducaret alia, ideſt de gentibus, &c. & dentes tui ſunt greges tonſorum. Eccleſia igitur catholica amans ſequenſq; eandem ſanctam ueritatem Deo chariſſimam, ſequitur etiam obſeruando diuinam legem, de qua dicit D. P. Aug. tribulationes maximè non oriũtur aduerſus Eccleſiam; niſi ab eis, qui malè utuntur lege: idcircò non ab re Dominus Hieronimus Seiipandus noſter ſuper Epiſt. ad Gal. ualde commẽdat leges Pontificias diuinæ legi adherentes, quibus abutuntur aduerſarij, & inimici eiuſdem catholicæ Eccleſiæ: ad omnia tamẽ melius capienda, ſubſtinenda, & declaranda uidiſſe oporteret hos ſequentes doctores Auguſtinianos, quos nominat, & maximè extollit. Dominus Angelus noſter à Camerino in ſua Cronhiſtoria cap. de ſcriptoribus ordinis noſtri Auguſtiniani: ubi primo ponit Dominum Iacobum Viterbienſem Auguſtinianum Archiepiſcopum Neapolitanum, qui ad Clemẽtem V. Pont. max. duos ſcripſit libros de Regimine Chriſtianita-

Can. c. 4.

D. P. Aug. ſup Pſ. 59

Hier. Serip. ſuper Ep. ad Gal. quaſt. 66.

D. Ang. à Cam.

Iacob. Vit.

nitatis. Secundo B. Egidium Columnam Rom. Card S.R.E.atque Archiep. Biturcenſem,qui duos libros de Eccleſiaſtica poteſtate confecit. Tertio Dominum Alexandrum à S. Elpidio Piceno Archiep. Rauenatem, qui iubente Ioanne 22. Pont. Max. ſimiliter duos edidit libros, primum de Eccleſiaſtica vnitate, alterum verò de Iuriſdictione Imperij, & de Auctoritate Summi Pōtificis. Quarto Dominum Gulielmum Cremonēſem Epſcopū Nouarenſem, qui Iubente eodem Ioanne 22. Pont. max: librum de Apoſtolica auctoritate elaborauit. Quinto Dominum Bartholomeum Archiepiſcopum Vrbinenſem, qui ſimiliter de Romani Pontificis Christi Vicarij auctoritate ſatis egregiè ſcripſit. Sextum Dominum Auguſtinum Romanum Epiſcopum Nazarenum, qui de Poteſtate Papæ libro ſuo doctiſſimè tractauit. Septimo Dominum Guilelmum Beulicon Epiſcopum Feſulanun, qui circa eandem materiam maximè laborauit. Octauo Dominum Paulum Zabarellum cognomento bonum, Archiep. Pariſienſem, qui ad Clementem ſeptimum Pont. Max. ſcripſit de Reformatione Eccleſiæ. Nono Reuerend. admodum P. Magiſtrū Corradum doctiſſimum tregarium, quicentum paradoxa de Eccleſiaſtica, & conciliorum auctoritate ſatis egregiè compoſuit. Decimo Admodum Reu. Patrem Magiſtrum Peregrinum Naſellum Patauinum, qui egregie de huiuſmodi materia tractauit. Vndecimo Reu. Admodum P. Magiſtrum Onophri-

B. Egid. Rom.

Alex. à S. Elpidio.

Guliel. Cremonē ſem.

Barth. Vrbin.

Ang. Ro. Guil Bel. Paul. Zab.

Corrad.

Peregrinus naſel. Hon. Pag.

phrium Paninum Veronenſem, qui de Primatu Petri, & dignitatem Sedis Apoſtolicæ ſatis luculenter ſcripſit. Duodecimo Reuerendiſsimum Gregoriū Ariminēſem olim Auguſtinianum Generalem, qui ſimiliter (vt aiunt) ſubtiliter ſcripſit de Eccleſiaſtica iuriſdictione, Ioſeph Veronēſis in ſua Chronica. c. de ſcriptoribus, qui ſcripſerunt de Eccleſiaſtica Poteſtate in defenſionem Autoritatis, & iuriſdictionis Romani Pontificis, & hæc ſatiſquantum ad Primum tractatum præſentis opuſcoli, & vltimi Capitis &c.

Greg. Ariminensē

Eoſdem ſacros Doctores refert, ac nominat, circa eandem materiam Ioſeph noſter Pamphilus Veronenſis in ſua Chronica Fratrum Eremitarum D. P. Auguſtini circa finem eiuſdem libri.

Finis primi Tractatus.

SECVNDI TRACTATVS.

CAPVT PRIMVM.

De recto Dominio etiam temporali Papæ, ſeu Summi Pontificis.

D. P. Auguſtinus hanc docet ſententiam, Auguſtino quidem dignam, dicens. Dator æternæ fælicitatis eſt Deus, ſolis veraciter pijs: cetera verò bona, huius vitæ vel faſtigia, vel ſubſidia; ſicut ipſum mundum, lucem, auras, terras, aquas, fructus, ipſiuſque hominis animam, corpus, ſenſus, mentem, vitam, bonis, maliſque largitur, in quibus eſt, quælibet Imperij magnitudo, quam pro temporum gubernatione diſpenſat. ex hac ergo clariſſima auctoritate, de facili colligitur nedum Dominium ſpirituale; verum etiam temporale, non minus directè conuenire sũmo Pontifici, quam cuilibet ſeculari Principi, cum eligatur in Summum Pontificem, diuina prouidentia; de qua dicit idem S. P. Aug. poſt longam digreſſionem, nullo modo credendum eſt, regna hominum, eorumque dominationes, & ſeruitutes à diuinę prouidentiæ legibus eſſe alienas. Idem ſentit B. Simon noſter de Caſſia. iuſta ratio dominandi variè mundo diffuſa, non eſt ex hominibus; ſed ex

D. P. Aug. de Ciui. Dei lib. 6. c. 16.

D. P. Aug. l. 5. de Ciu. Dei c. 2.

 Deo.

B. Simō de Caſſia lib. 15. & relig. ac Iuſtit. Chriſt. ſeu Iuriſdict. Dominij. cap. 24.

Deo. Mundum veluthominem ętatibus voluit variatum gubernari: vt nullum tempus laberetur mane: quo regula Regiminis. D. D. ſubiectis præſto non eſſet. Cum qua legittimi Domini, atque Reges, præter quam vſurpatores, & tyranni nequiſſimi haberentur: & eis voluntariè obſequentes culpabiles penerentur. Igitur iuſtum ius dominandi, atque dominij non eſt ex eo quod ab hominibus inſtituitur, aut agitur ſed ex eo, quod à Diuina lego conceditur, aut permittitur: à quo iuſtè regentes iuſtè vocantur domini, & irreprenſibiles obſequentes Idem B. Simon docet hoc idem eodem libro ex Sapientiæ cap. ſexto; ſtudete Reges, & intelligite, diſcite Iudices finium terræ: præbete aures vos, qui continetis multitudines; & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt vobis à Domino poteſtas; & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Vnde ſi à Domino data eſt, vel permiſſa regnandi potentia: indubium non verſatur, quod ad ipſum eſt in omnibus referenda: nec ad inferiores inflectenda cenſetur: niſi prout aula ſummi Regis edixerit: nulla enim poteſtas ad derogationem: imo ad totum bene cautū ſuperioris infertur; Idem ſentit Dom. Bartholomeus Vrbinas in milleloquio S. P. Aug. verbo Imperator, vbi de mente eiuſdem dicit, Vnus verus Deus, qui nec Iudicio, nec adiutorio deſerit genus humanum, quando voluit, & quantum voluit, Romanis regnum dedit: qui dedit Aſsyrijs, vel etiam

B. Simōne. cap 32 ex Sap. cap. 6

Dom. Bar. Vrbī milleloq. S. P. Aug. lib. 5 de Ciu. Dei cap. 21.

Perſis:

Perſis, & ſicut gentibus, ſic hominibus; qui mario ipſe C. Ceſari; qui Auguſt. ipſe, Neroni; qui Veſpeſianis, vel Patri, vel filio ſuauiſſimis Imperatoribus ipſe, & Domitiano crudeliſſimo, & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino chriſtiano, ipſe Apoſtatæ Iuliano. Hoc Deus vnus, verus, regit, & gubernat, vt placet: & ſi occultis cauſis nunquam iniuſtis; & ideo eodem lib. optime dicit. Nam Deus bonus, ne homines, qui eum crederent, propter æternã vitam colendum, has ſublimitates, & regna terrena exiſtimarent neminem poſſe conſequi, niſi dæmonibus ſupplicaret, quod hi ſpiritus in talibus multum valerent: Conſtantinum Imperatorem nõ ſupplicantem Demonibus, ſed ipſum verum Deum colentem tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet &c. Vnde idem qui ſupra Bartholomeus noſter Vrbinenſis in milleloquio S. Ambroſii j, Verbo, Imperator, de mẽte eiuſdem D. Ambroſi j, Imperium à Sacerdotio proceſſit, & non è cõtrario. ergo Summus Pontifex, qui eſt Summus Sacerdos à quo cætera procedũt dominia, rectè vti pro cedunt dominia rectè vti poteſt dominio, ne dũ ſpirituali, verum etiam, & temporali, & coroboratur iſta ratio; quia B. Iordanus noſter accipiens illud Pſalmi, Ego confirmaui columnas eius tractans de prærogatiuis D. Petri dixit, Tota verò Trinitas Petro ſic electo, ſic examinato, ſic confirmato plenam iuriſdictionem contulit: quia poteſtatem plenam ſibi dedit ſuper cœlum, cum dixit: Tibi dabo claues regni

cap. 25.

Bart. Vrb. in millelo. S. Amb. l. 5. epiſt. epiſt. 33.

B. Iord. li. ſerm de sãctis ſer. 94

Pſal. 74.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quinta pre rogatiua. gni cęlorum:& ſuper mundũ cũ dixit:quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cęlis:& ſuper infernum, cum dixit: Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.ergo hoc ſtante fundamento D. Petrus,ſic,& ſucceſſores eius rectè poſſunt vti vtroque dominio.

B. Egid. rom. 1 sēt. d. 36. a 6. in corp. S. P. Aug. li. 83. qq qu. D. Th. p. p. q. 22. art. 2. cap. 8. Præterea B. Egidius noſter Romanus de mente ſimiliter D.P.Aug.lib.de prouidẽtia diuina loquẽs, dicit;Deus omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderatur & D.Th.ex Sapientiæ cap.8. Deus attingens à fine vſque infinem,omnia diſponit ſuauiter. Cum ergo Summus Pontifex præſumatur bonus,& non malus,& dato quod eſſet malus quoad mores (quod non conceditur) adhuc eſt capax tẽporalis Dominij:quia vt ſuperius dixit D.P.Aug. tam bonis, quam malis Deus largitur huiuſmodi Dominium temporale,& notanter dicitur in prædicta auctoritate,quęlibet Imperij magnitudo &c.quã vt ſuperius tanquam quid mutabile pulcherrima gubernatione moderatur &c. & quamuis ab initio idem Summus Pontifex non ſit vſus eodem temporale dominio,hoc euenit pro temporũ gubernatione, & diuina diſpoſitione,qua factum eſt; vt Conſtantinus ille magnus Imperator S. M. E. eam Dominij temporalis aſſignaret partem, quam de facto aſſignauit, ſeu raſſignauit, ſiue ceſſit; vt egregiè docet. B. Aug. Anconitanus libro ſuo de Poteſtate Eccleſiaſtica per dictum prouerbiorum. Honora Dominum de tua ſubſtantia. Vnde cum dictus Conſtãtinus

B. Aug. Anc. li. de pot. Eccle. q. 43. art. 2.

Digitized by Google

tinus Imperator magnus non fuerit peioris condi- *Prou. c. 3.*
tionis.quam cæteri homines, qui ſunt Domini bonorum ſuorum,ſic,& ipſe ſui Imperij,cuius partem ceſſit,ſeu conceſſit eidem S.M.Ec. C; quę à Deo recepit huiuſmodi dominium temporale,per eundem Imperatorem. Qui enim per alios facit, per ſe ipſum facere videtur, ita Deus per Imperatorem iam dictum Dominium temporale ſuæ Eccleſiæ impertitus fuit, quamobrem meritò idem Imperator Conſtantinus: vt legimus, die quarta ſui baptiſmi, hoc priuilegium R.E. ſummoque Pontifici: vt in toto orbe Romano; Pontifices, vel Sacerdotes, ita hunc caput habeant: Sicut Iudices Regem: in eodem Priuilegio: ita inter cætera legitur. Vtile iudicamus vna cum omnibus Satrapis noſtris,& vniuerſo Senatu,optimatibus,& cuncto Populo,Imperio R.E. ſubiacenti.vt ſicut B.Petrus in terris Vicarius filij Dei dicitur eſſe conſtitutus: ita, & Pontifices ipſius Principis Apoſtolorum in terris Principatus, Poteſtatem, Amplius, quam terrenæ Imperialis noſtrę Serenitatis manſuetudo habere dicitur,conceſſa à nobis,noſtroq. Imperio obtineant. Eligẽte nobis ipſum Principem Apoſtolorum, vel eius vicarios, firmos apud Deum eſſe patronos; & ſicut noſtra eſt terrena Imperialis potentia: ita eius Sanctam R.E. decreuimus veneranter honorare, & amplius quam noſtrum Imperiũ, terrenumq; thronum, ſedem ſacratiſsimam B. Petri glorioſè exaltari. Tribuentes eidem poteſtatem,& gloriam,

l. qui, hæc, l. poteſt. de Reg. Iur. in 6.

P. P. lib. decret. d. 96. c. Conſtant. Imperator.

&

& dignitatem, atque vigorem, & honorificentiam Imperialem. Atq; decernentes ſancimus, vt Principatum teneat, tam ſuper quatuor ſedes, Alexandrinam, Anthiochenam, Hieroſolimitanam, & Conſtantinopolitanam, quã etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum Eccleſias Dei, & Pont. qui per tempora ipſius S.R.E. extiterit, celſior, & Princeps cunctis Sacerdotibus totius mundi exiſtat, & eius iudicio, quę ad cultum Dei vel fidem Chriſtianam, vel ſtabilitatem, procuranda fuerint, diſponantur, & infra eodem loco, ea prorſus rationem. Vt per anus B. P. noſtri Silueſtri, B. P. ſucceſſorũq; eius, oĩa diſponantur, & infra Beato Silueſtro, & omnibus ſucceſſoribus, eidem præſenti tradidimus Palatium Imperij noſtri Lateranenſe. Deinde diadema videlicet coronam capitis noſtri. Simulq; phrigium, nec nõ, & ſuper humerale, videlicet lorum, quod imperiale circundare aſſolet collum, verum etiam clamidẽ purpuream, ac tunicam couineam, & omnia imperialia indumenta, ſeu etiam dignitatem imperialium Præſidentium, equitum conferentes eidẽ etiam imperialia ſceptra, ſimulq; cuncta ſigna, atq; banna, & diuerſa ornamenta imperialia, vnde, vt Pontificalis apex non vileſcat: ſed magis quam teneri Imperij dignitas, gloria, & potentia decoretur. Ecce tam Palatium noſtrum, quam Romanam Vrbem, & omnes Italiæ, ſiuè occidentalium Regionum Prouincias, loca, Ciuitates, Beatiſſimo Pontifici, & vniuerſali Papæ ſimul concedimus, atq; relinquimus, & ab eo,

Conſtantinus magn. imperator dotauit Eccleſiam.

& à

& à ſucceſſoribus eius propragmaticum conſtitutum decreuimus diſponenda, atq; Iuri S. R E. concedimus permanenda; vnde congruum perſpeximus noſtrum imperium, & Regni Poteſtatem orientalibus transferri Regionibus; & infra & noſtrum illic Imperium conſtitui: quoniam vbi Principes Sacerdotum, & Chriſtianæ Religionis caput ab Imperatore cęleſti conſtitutũ eſt, iuſtum non eſt, vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatem &c. Hinc ergo omnibus apertè, clareq; patet rectus, & Imperialis Dominij temporalis Summo Pontifici directè conuenire. Idcirco præcedenti capite, dictę diſtinctionis hoc dictum notabile notatum habetur. Videlicet Imperatores debent Pontificibus ſubeſſe, & non preeſſe. Quocirca ad rem ſatis congruit dictis doctrina Domini Iacobi noſtri Valentini ſuper canticum B. Virginis verſu eſurientes &c. & diuites dimiſit inanes circa finem eiuſdem expoſitionis; vbi narrat multos Imperatores, Tyrannos ac Chriſtianę fidei perſequtores miſerimè compleuiſſe dies ſuos, & præcipuè Neronem, & Domitianum, qui ſeipſos deſperantes interfecerunt; quorum loco tandem ad Imperialem dignitatem exaltatus humilis Conſtantinus; qui poſtea ad Chriſti fidem conuerſus, deſtructis Idolis, Eccleſiam Dei proſperauit, & ditauit. Cuius exemplo omnes Reges terræ cum toto Populo Gentili fidei ſe ſubiecerunt, & ſic deiecta ſuperbia huius *Iacob. Val. in Cant. B. Virg.*

D mundi,

mundi, omnis poteſtas ſubiugata eſt Iugo Chriſti. Et quia ſuperius de multis ſpectantibus ad Summum Pontificem, facta eſt mentio, pręcipuè de Corona Imperiali, quę dicitur communiter Regnum mundi. Frater Proſper noſter Stellaritius Belga in ſua Auguſtinomachia, ideſt pro Auguſtino, & Auguſtinianis; Corona aurea ſupercaput eius expreſſa ſignò ſanctitatis &c. Corona Papalis, dicit ipſe, triplex, triplicem ſignificat, auctoritatem, in Cœlum, in terram, & in Infernum ideſt Purgatorium &c. & Petrus noſter Vega Hiſpanus ſuper ſeptem Pſalmos? ſuper verſum Palmi ſeptimi Pſal. 142. Perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum &c. Agens de Excellentia, & dignitate ſeruorum Dei ſic dicit; Principes terreni primo verſu ſuarum literarum apponunt omnes dignitates ſuas. e. g. Carolus Quintus Dei Gratia Imperator ſẽper Auguſtus, Romanorũ Rex &c. ſed Summi Põtifices, qui ſuper omnes terræ monarchas aliter ſuas incipiunt literas, e. g. Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei &c. Cui non deerant tituli, ſeù denominationes, vt Romanorum Rex, conſeruator Imperij, Monarcha mundi, & cuſtos maior cœleſtis theſauri. Nihil hominus, vt omnium recordetur, ſe dicit ſeruum ſeruorum Dei; Quamuis omnibus imperet, &c. Papa enim eſt maior Dòminns terræ &c. & ſuæ denominationes ſunt maiores, & digniores cunctis

Proſper Stellarit li. 2. diſert. 2. de corona, & tonſura.

Petrus Vega ſuper 7. pſal. 3. p. pag 84. faciat. 2. lit. b. num. 2.

ctis

ctis alijs,quibus vtuntur Terreni Principes. Vnde optime dicit D.Thom.Summus Pontifex plenariè gerit vicem Chriſti in tota Eccleſia, ipſe enim habet plenitudinem poteſtatis &c. & ſic terminari poteſt præsens primum Caput. D.Th.2.2 q.88 a 12 ad 3. arg.

CAPVT SECVNDVM.

In quo ſequuntur aliæ Probationes circà iam dictam materiam.

ET primo D. P. Auguſt. ita dicit etiam ſuper pſal. Contingit vt duo homines habeant cauſam apud ſeruum Dei &c. Seruus autem ſeruorum Dei dicitur Papa, vt ſuperius dictum eſt, Ergo &c. Epiſcopi autem antiquitus erant Iudices etiam in profanis, & temporalibus, dum dicit D.P. Auguſt. vbi ſupra, fratres mei in cauſis, & negotijs veſtris,quando ad nos iudicanda veniũt &c.& ſupra eodem ſermone, loquitur de litibus hæreditatum, & pecuniarum &c. nec hoc repugnat, imò conuenit eiſdem Epiſcopis,ſiue Prælatis iuxtà doctrinam D.Apoſtoli audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud Sanctos? an neſcitis: quoniam ſancti de hoc mundo iudicabũt &c. Quo circa cum omnes Epiſcopi,& præcipuè Summus Pontifex teneãt locum ſanctorum in Eccleſia militãti in qua,Sũmus Pontifex eſt Epi- D.P Aug. de ver. ap. ſer.26 pſ. 25 conc.2 littera. f. D. Ap. 1. Cor. cap.6.

B.aug.anc li. de pote eccl. q.19 a.3.in cor art. qu.1.

ſcopus principalis (vt optimè oſtēdit B.Aug. noſter Anconitanus, de mente Nicolai Papæ primi) principalē B.B.Petri, & Pauli poteſtatem, & ius habemus non ſolum in monachos, ſed etiam in quoſcunq; alios etc. ergo directè Sūmus Pontifex de omnibus poteſt iudicare cū ſit Iudex conſtitutus, in quo eſt actus primus à quo neceſſario debet ſequi ſecundus actus, nempe iudicare. Eſt tamen animaduertendum pro maiori intelligentia dictorum, & dicendorum ad mentem D Thomæ, & B.Egid. noſtri Rom. aduerſum Iudicē ſiuè etiam iudicium tria principalia requiri; nempè poteſtatem, ſapientiam, & iuſtitiæ zelum, & ad mentem Thadei noſtri Peruſini ſuper Iſaiam tria alia ferè eadem requiri ad iuſtum iudiciū ferendum; quorum primum iſt vt Iudex ſit legitime cōſtitutus: Secundum vt Iudex clarè cognoſcat quid ſit rectū, & iuſtum: Tertium, vt quod Iudex nouerit iuſtè exerceat etc. Sed Papa ſupponitur habere omnia prædicta; ergo iuſtè poterit iudicium quodcunq; in hoc ſeculo exercere. Probatur minor per ſacrū Conc. gn̄rale Florentinō, ex ſum. Conc. in quo ſic dicitur. Item definimus ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Romanum Pontificem eſſe verum ſucceſſorem B. Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totius totius Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorū patrem, & doctorum exiſtere, & ipſi in Beato Petro

D.Th.3.p. q169. ar.1 l 63.de re. prin.p.2 c. 22.

c. 28. tex. 4.vēr. ī die illa tris dn̄s corona exercituū glo &c.

ſum. Conc. tex 38.

tro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe: quemadmodum etiam geſtis Æcumenicorum Conciliorũm, & in ſacris Canonibus continetur. Datum Florentiæ in ſeſſ. publica Synodali. Anno Domini 1439.

Confirmatur eadem ratio principalis fundata in dictis Nicolai primi, vbi ſuperius. Eadem eſt ratio totius, & partis: vt docet Philoſ. ſed Papa vt dicebat habet poteſtatem in Monachos, vniuerſosq; Religioſos, ergo etiam, & multo fortius in totũ populum Chriſtianum, à maiori ad minus, ſi in Religioſos, ergo & in populos vniuerſos tanquã in minores etc. & ſi priuatis. Epiſcopis antiquitus de profanis; & temporalibus inter laicos iudicare licebat; conſequenter ſuperioritatem habere inter eoſdẽ iuſtum erit: ſicq; multo magis vniuerſali Epiſcopò, videlicet Papę licebit. Hęc enim vox, ſeu nomẽ Papa, Patrem ſignificat apud nos, Papa enim apud Gręcos, idem eſt quod apud nos Pater, patrũ teſte ven. Io. Bernardo Sauonenſe Auguſtiniano in ſuo vocabulario Eccleſiaſtico litera P. hinc dicitur, nimis confortatus eſt Principatus eorum, vbi D. P. Aug. dicit, Apoſtoli facti ſunt Duces Eccleſiæ, & arietes ducentes greges. Caſſiadorus verò dicit, Confortatus principatus, etc. Apoſtolorum cathedras, & Epiſcopales dignitates etc. Ergo iudicare ſibi cõuenit, vtſupra Dominus autem Iacobus noſter Valentinus eodem

Philoſ. pr. eglitex. 38

ethimolog. papæ.

auctor vocab. eccl. litera P.

pſal 138.

D. P. Auguſt.

Caſſiador.

Iac. Val.

pſ.98 D.P, An. Iac.val.in pſal. dem loco dicit; Apoſtoli facti ſunt Principes terræ: ergo dicere poſſumus, quòd iudicare iuſtè potuerint, etiam de profanis. Ad rem noſtram dicitur enim honor Regis iudicium diligit, quod declarans, idem D.P. Aug. ſic ait. Sic ergo timeant eum populi, vt corrigant ſe, non quia multum præſumentes de miſericordia ipſius, nempè Regis, dimittant ſe, & male non viuant: diligit enim miſericordiam, ſed etiam diligit, & iudicium; Dominus verò Iacobus noſter eodem loco pſal. intel- *math. c.28* ligit præſens dictum de Chriſto ſummo Rege, cui tradita fuit omnis poteſtas in cœlo, & in terra, & ideo talis honor Regius diligit, & requirit iudicium, ac meretur habere iudiciariam poteſtatem, quam ſine dubio videtur ſuis contuliſſe Apoſtolis, & ſucceſſoribus, quorum principatus nimis, ideſt ſatisfuit confortatus: de qua confortatione, ſeu exaltatione B. Iordanus noſter *B. Iord. li. ſer de ſanct. ſer. 102 et 4. in or. de art. fidei.* lib. ſermonum, de mente S.P. Auguſt. ſermone de Apoſt. dedit Dominus poteſtatem Apoſtolis ſuper naturam, vt eam curarent, ſuper Dæmones, vt eos euerterent: ſuper elementa, vt ipſa mutarent ſuper mortem, vt ipſam contemnerent: ſuper Angelos, vt corpus Domini conſacrarent: hæc etiã poteſtas data eſt ſucceſſoribus. Vnde etiam in *Conc. apoſt. canon. 41.* primo Apoſtolorum Cõcilio, vt patet in ſumma Conciliorum; vbi ſic dicitur; præcipimus, vt in poteſtate ſua Epiſcopus habeat res Eccleſiæ. Si enim hominum animę illę ſunt creditę, multo ma

gis

gis oportet cum curam pecuniarum gerere:ita ut poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per præsbyteros,& Diaconos. Ex his igitur patet dictis qualiter Epiſcopi,& præcipuè ſummus Epiſcopus,ideſt Papa poteſt temporalium curam gerere,eo magis:quia in Actibus D. Silueſtrem Papæ, vt in præfatione Niceni Concilij notatur illud quod Eccleſia Romana nullis Synodicis decretis prælata eſt cæteris Eccleſijs: Sed Euangelica voce Domini,& Saluatoris noſtri primatum obtinuit. Vbi dixit B. Petro Apoſtolo, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram edificabo Eccleſiam meam, & adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana Vrbe B. Pauli Apoſtoli, qui vno die, vnoq; tempore glorioſa morte ſub Nerone agonizantes coronatus eſt,etc. Apparet itaq; ſumma poteſtas ſummi Pontificis etiam in temporalibus ad quod accedit dictū Alphonſi noſtri Mendzſç Hiſpani publici Salmaticenſis Cathedræ Lectoris, dicentis. B. Petrus Apoſtolus in ſua perſona poteſtatem vniuerſalem ſupra totam Eccleſiam, ſupraq. totū orbem in ſpiritualibus à Domino Ieſu Chriſto ſuſcepit,quod tam longè latèq; patens poteſtas alicui alteri perſonæ, poſt D. Petri mortem commiſſa ſit tam vniuersalis,& ampla,quam in B. Petro nominatim Romanis Epiſcopis tamquam veris Petri ſucceſſoribus, hæc amplitudo,poteſtatis relicta,in qua ipſis ſemper reſederit Monarchia totius Eccleſiæ gubernatio etc. idem eadem quæſt.

Ex ſumma conciliorū.

matth. 16.

alfon. mendoza q quo lib. q. 4. ſcolaſtica.

Ant. yri nius Dert. pag. 24

põtas 2 ordin. et del.

circa finem ſic habet, Papa non habet ſuperiorẽ in terris 3. concluſione ſecundo notando, & Antonius Myriccius noſter Derthonenſis in ſuo Dilucidario Confeſſariorum. poteſtas iuriſdictionis duplex ordinaria, & delegata, ordinariam Papa habet in tota Eccleſia catholica. Eiſcopus in ſua Diœceſi &c delegatã habet ſubſtitutus ab ipſis, & ad rem facit id quod doce Dominus Iacobus noſter in Cant. B. V. circa finem vbi notat qualiter Conſtantinus magnus Imperator, cum omnibus Regibus ſe ſubiecerit D. Siluestro Papę, tamquam Chriſti in terris Vicario, & relicta ipſi Roma cum toto patrimonio, ſe in Conſtantinopolim recepit, & Imperialem ſedem illuc tranſtulit. Nec aliquo pacto, quouis quęſito colore Summis Põtificibus idem temporale dominium repugnat: imò rectè ſibi conuenit, quod expreſſè patet per quoddam decretum, & definitionem habitam ſub Ioanne 22. Summo Pontif. 193. contra eos qui dicunt Chriſtum, & Diſcipulos eius nihil habuiſſe, & in his, quæ habuerunt, nullum ius eis fuiſſe eiuſmodi ſententiam erroneam, & hæreticam eſſe cenſendam, ſic enim declaratur in extrauaganti &c. Qua propter pro maiori dictorũ & dicendorum notitia Gotſcalcus Holem: in ſuis ſermonibus Dominicalibus optimè notat, duplicem eſſe temporalium ſolicitudinem, ſiuè neceſſitatem Gen. 30. in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, aliam verò cupiditatis Math. 6. nihil ſoliciti

Iac. valen. in Cant. B. V. ver. eſurientes.

ex ſumma conc. de ũita quorvdã Pontif. pag. 316

gotſcalcus holem. ſer. dom. tom 1 ſer. q. 3. don. adu.

ne tuo, aliam verò cupiditatis Matth. 6. nihil ſolliciti ſitis animæ veſtræ etc. Hæc ſecunda dicitur mala inducens idolatriam; auaritia enim, eſt idolorum ſeruitus: In Canone duodecimo exemplum Domini accipite in terra conuerſantis. Quare loculos habuit, cui Angeli miniſtrabant? niſi quia Eccleſia ipſius loculos habitura erat. Nam poſſeſſio rerum temporalium eſt homini, quaſi connaturalis de mente Domini Egidij noſtri Rom. & Magiſter Paulus noſter Ciera Venetus in ſuo tractatu Apollogetico, Papa, inquit, dicitur Pater patrum, vt ſuperius tactum eſt, ſummus Chriſtianorum Pontifex, Chriſti Vicarius, Petri ſucceſſor, caput, ſponſus, Dux, & rector Eccleſiæ, Paſtor vniuerſalis, Apoſtolicę Sedis Præſul, orbis terrarum Pręfectus, & moderator. Et eodem capite infra ex Ioanne capite octauo, Petrus appellatur Cephas, ideſt caput; vocaberis enim Cephas &c. docet ſana fides Catholica Summum Pontificem Romanum Chriſti vices in terris gerere, Petri ſucceſſorem, caput vniuerſalis Eccleſiæ; & ſicut in Capite conſiſtit omnium ſenſuum plenitudo, in cæteris autem membris pars aliqua plenitudinis: Ita cæteros vocatos eſſe in partem ſollicitudinis, ipſum verò in plenitudinem poteſtatis. Infra, eodem capite, ſic etiam inquit, Summum Pontificem Chriſti Vicarium,

12. q. 1.

Eg. Rom. lib. 2. de reg. princ. 3 p c. 7.

paul. Ven. tra. apol. c. 7.

ſimile.

Digitized by Google

iuriſdictionem habere temporalem de facto in ali quibus Prouincijs, planum eſt, ac in toto mundo de iure non ſolum indirectè, vt quidam putant, verum etiam directè: vt ſatis expreſsè demonſtrat in ſuo tractatu de iure Principum; etc. vbi etc. cap. 7. ità Petrus accepit Pontificatum, & regimen totius populi Chriſtiani, & in Vicarium fuit electus Chriſti, cuius iuriſdictionis ſunt omnia mundi regna. Vnde in eiuſdem ſolemnitate exultans ei Eccleſia canit, Tu es paſtor ouium, Princeps Apoſtolorum, tibi tradidit Deus, claues regni Cœlorum, & ſuper illa verba, tibi dabo claues etc. D. Chryſoſt. ſic habet, filius Dei vbiq; terrarum, Petro conceſſit poteſtatem, & omni mortali omnium quæ in cęlo ſunt dedit auctoritatem: vt poteſtate clauium Eccleſiam amplificaret, & inde D. P. Aug. in ſermone, fortis & humilis, admirans ait, ò mira potentia, & ineffabilis gratia Saluatoris, quis plebeum piſcatorē Apoſtolorum facilē crederet Principem, & Regibus obſiſtere, Reges ſanctificare, Regibus omnibus imperare, mundum rafrenare legibus etc. Sic etiā docet Auguſt. noſter Ilcinenſis in ſuis manuſcriptis opuſculis, quæ aſſeruantur in Bibliotheca S. Marci Mediolanenſis de primatu Petri, vbi ſic habet, Romanus Epiſcopus, ideſt Papa, eſt Princeps in temporalibus, cui enim conceſſum eſt principale conceditur, & ſecundarium, Io. pri. Omnia per ipſum facta ſunt, cuius Vicarius eſt Papa. Eſter 13. in cuius ditione cuncta ſunt poſita etc. Dionyſ. de diuini nomini-

Paulus Veranoſter Venetus.

D. Chryſ.

D. P. Aug.

Aug. Ilci. 3. p. 114. cap. 1.

nominibus,habent enim infima reduci ad ſuprema medijs interuenientibus: ſed homines, & temporalia ſunt media ergo etc.& ſecundò cap. ſimiliter docet Papam, ſiuè Epiſcopum Romanum eſſe totius mundi monarcham etc.& tertiò cap. optimè ſoluit ſophiſmata aduerſariorum, vt eſt videre, quæ omnia breuitatis cauſa omittimus. D. Diō de ciui. nom.

Præterea poteſtas Papæ,ſeu ſummi Pontificis eſt poteſtas Chriſti ſaltem deriuatiuè,& originaliter ſicut lux lunæ,& ſtellarum originaliter dicitur lux ſolis,& ſicut doctrina diſcipuli originaliter dicitur doctrina magiſtri & tandem,ſicut humor,ſeu alimentum cuiuſcunq; fructus originaliter dicitur humor, ſiuè alimētum ipſius arboris,à qua originaliter producitur idem fructus. Sed in Chriſto eſt plenitudo omnis poteſtatis iuxtà illud. D. Apoſt. Chriſtus eſt caput omnis principatus,& poteſtatis ergo & ſuus Vicarius, id eſt Papa habet talem principatum tanquam ſuus miniſter; Hinc ad rem Leonardus Coqueus Aurilianenſis noſter Gallus in confutatione ſua miſterij iniquitatis Philippi Nernei,contra præfationem eiuſdem, contra dictum, Iam duo extrema etc. vbi declarat quomodo Papa poſſit aliquo pacto dici Deus,ex Pſal. Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes,& Ioan. 1. dedit eis poteſtatem filios Dei fieri,et Io. 3. videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur,& ſimus, & 2. Petri, & & maxima, & precioſa dona donauit per quæ diuinæ efficiamur conſortes naturæ. Pontifex ipſe mi- Similia. ad Col. c. 2 Leonar. coqueus. Pſal 81. ſo. pri. ſo. 3. cap. 1.

niſtrum Dei, Vicarium Dei, & quidem tanto miſterio indignum ſe reputat, num verò Dei appellationem ſibi arrogat. Hæc verò; cũ P.P. & ſacris Concilijs ex verbis Chriſti edocti copulamus Pontificem Romanum Petri ſucceſſorem, & Dei in terris vicẽ gerentem &c & contra ſequens dictum olim &c. eadem profeſſio omnium pontificum S. humilitatis quòd ſi aliquãdo ſuperborũ Principũ Eccleſiæ infeſtorũ audaciã ipſi Põtifices fregerunt, minimè ex ſuperbia factũ eſt: ſed, vt Chriſti in primis, & Eccleſiæ dignitatẽ tuerentur &c. quamobrẽ Aloyſius Bariola noſter Mediolanenſis in ſuis floribus Commẽtariorũ Franciſci Pegnæ in Directoriũ Inquiſitorum P.P. ex commento octauo, ſic (inquit) Põtifex Romanus omnes iudicat; ipſe autem à nemine iudicatur, & habet gladium etiam temporalem, & poteſt exercere Iuriſdictionem temporalem in Principes temporales. Nec dubitãdũm eſt Chriſtum potuiſſe talem poteſtatem ſuis communicare Vicarijs; quandoquidem D.P. Aug. dicit, Chriſtus per paſſionem ſuã omnes gentes ad ſe trahit, & omnia ſibi ſubiugauit iuxta illud, Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra, quod certè dictum videtur intelligendũ nedum ſpiritualiter, verum etiam & temporaliter, & cõfirmatur per eundem D.P. Aug. vbi, ſic (inquit) omnia Ieſum poſſe, qui de ſeipſo ait, data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in Terra. Idcirco ad rem optime dicit D. Apoſt. omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Iſtæ autem poteſtates ordinatè

Aloyſius Bariola.

ſer. de tempore ſer. 181. in vig. pent. ſer. 1. matt. 28. tomo 9. li. vnico de Aſſumpt. B.V. M. matth. 28 Apoſt. ad Rom. c. 13.

dinatè ſe habent: quia Poteſtas Chriſti omnibus ſu per eminet, & ſic poteſtates Pontificiæ ſubſunt poteſtati Xp̃i, & poteſtates tẽporales ſubſunt vtriq; vel eidẽ in fonte, & in flumine, eo quod originẽ trahit ab eodẽ, & non è conuerſo. Quapropter optime dicit ad rem Io. Hoffemeiſter noſter in Epiſtola D. Apoſt. ad Corin. verbo, quid enim mihi de his, qui foris ſunt iudicare; iudicium Eccleſiaſticum medicina eſt, non perditio &c. & Aug. Muſeus noſter Taruiſinus in Apologia ſua in reſponſione ad obiectionem de predeſtinatione non prædicanda &c. itidem docet ſtandum eſſe ſemper determinationi S. R. E. auctoritate D. P. Aug. dicentis, Euangelio non crederem; niſi Eccleſia approbaſſet: tãta enim eſt ei auctoritas à Domino Ieſu Chriſto collata &c. Tandem Ferdinandus Peralta noſter Hiſpanus lib. ſuarum Concionum de Aduentu Domini in Concione S. Andreæ ſer 3. ex 1. Regum cap. 2. Domini enim ſunt cardines terrę, & poſuit ſuper eos orbem, loquitur de Apoſtolis, & conſequenter de ſucceſſoribus eorũdẽ, quos Cardines vocat, qui quamuis abiecti, & humiles valde eſſẽt in mũdo; tamen ſuper eos fundauit totũ orbẽ, iuxta illud, de ſtercore erigẽs pauperẽ &c. & Io. 21. Diligis me plus his &c. Paſce oues meas, obtineas tu ſupremam poteſtatem, & dignitatẽ, qui cęteros virtute antecellis &c. & in Concione Epiph. Domini, verbo: ecce magi ab oriente &c. Princeps ſi poteſtate careat non eſt Princeps. Vocat principem, poteſtatem in abſtracto &c. qui poteſtati reſiſtit Dei ordi-

Ioan. Hoffemeiſter. cap. 5.

Aug. muſeus.

Ferdinandus Peralta.

Pſ. 112.
21.

Mat. 2.

Ad Ro. 13

ordinationi reſiſtit etc. Sed Dei ordinatio talis eſt, vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus plenitudinem poteſtatis habuerit eandemq; ſuis Vicarijs communicauerit. ergo equum eſt, vt habentes exerceant: idcircò aduertendum eſt etiam ad mentem prædicti Ferdinandi eodem lib. ſer. 3. Epiph. Domini qualiter, ſolus Chriſtus natus eſt Rex, cæteris omnibus conuenit illud. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ: ſed Chriſtus purpura, ſceptro, & corona veſtitus exijt. Puer natus eſt nobis, & filius &c cuius imperiũ ſuper humeros eius. mala punica ponebantur antiquitus in veſte Sacerdotali &c. quæ poma coronata naſcuntur in figura Chriſti, Summi Regis coronati, & ſic iure optimo ſuam communicauit vicem gerentibus facultatem &c.

Iob 1. cap. *Iſa. 6, 9,*

Præterea D. P. Aug. in pręfatione ſic dicit, modo videmus corpus Regis, & Sacerdotis, modo videmus corpus hominum aduerſus Regem, & Sacerdotem, & parum infra eadem pręfatione ſimiliter, Regnum terrenum cęleſti Regno eſt permixtũ &c. ergo cum Summus Pontifex ius rectum habeat in cęleſti Regno; quod eſt Eccleſia Sancta, etiam ad mentem D. Gregorij Papę, Cęlorum, Regnum præſentis temporis Eccleſiæ dicitur: ita pariter idem Pontifex ius rectum habebit in terrenum Regnum ſicut in cœleſte ratione permixtionis. Hoc idem demonſtrat fundamentaliter B. Aug. noſter Anconitanus lib. ſuo de poteſt. Eccleſ. dicens. Poteſtas Papę eſt poteſtas Chriſti, cum eius vicem gerat in terris,

Pſ. 51. *D. Greg. Hom. 20. ſupermat. cap. 25.* *q. 1. art. 9.*

ſic

ſic etiam aſſerit Dominus Angelus noſter à Camerino, dicens, Romanus Pontifex celeſtis Pontificis, & Eterni Regis, ſuppremique, ac omnium monarchæ, vices gerit in terris; quique in eadem reſidet Chathedra, quæ omnium Eccleſiarum regula, mater eſt, & magiſtra; ita etiam de Summo Pontifice, qui vices Chriſti gerit; idem etiam ſentit, & docet D. Th. Hoc ſtante fundamento, B. Aug Anc. eodem art. vbi ſupra docet; in tribus principaliter conſiſtere eandem poteſtatem primo indebellatione tyrannorum. ſecundo in ordinatione, ſiue ordine ſubditorum. tertio in admonitione diuinorum mandatorum; & ſic Chriſtus dicitur regnare temporaliter mediante Papa ſuo Vicario. Vnde, cum Deus ſit totius operis præſul ſecundum D. D. Iuris Conſultos: quia omnia per ipſum facta ſunt; ergo, cum Summus Pontifex eiuſdem *Præſulis* vniuerſalis vicem gerat, ſequitur rectum ius non minus habere in temporalibus, quam in ſpiritualibus.

Aug. à Camerino in ſua Chroniſtoria in præf.

D. Th. 22. q. 39. ar. in corp.

l. 1: in pri. C. de vet. iur. Io. cap. 1.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

In quo Autor ſequitur agere de eadem materia.

B. Aug. noſter Anconitanus lib. ſuo de Poteſtate Eccleſiaſtica. Eandem veritatem clare oſtendit,& pro ſuo fundamento tali vtitur ratione. Qui poteſt in maius, poteſt etiam in minus, ſic quoque aſſerit B. Egid. Rom. qui poteſt quod maius eſt, poteſt etiam quod minus eſt,& ſecundum D.D. Iuriſconſultos,cui conceditur principale, conceditur,& acceſſorium,& alibi,cui licet quod maius eſt, non debet,quod minus eſt, non licere & ſecundum Philosophũ ſi de quo magis videtur ineſſe,& ineſt,ergo,& de quo minus:at Summus Pontifex maxime poteſt in ſpiritualibus,tanquam in maius: ergo multo magis poteſt in temporalibus,tanquam in minus; minor probatur à B. Egidio noſtro Romano dicente,plus eſt principari in Spiritualibus, quam in corporalibus,confirmatur eadem ratio,quia ſecundum Philoſophos,& etiã ſacros Theologos,quidquid poteſt virtus inferior,poteſt & ſuperior. Vnde D. Th. præcipue,non eodem, ſed excellentiori modo, ſicut intellectus cognoſcit sẽſibile,excellẽtiori modo &c. quanto enim aliquid eſt ſuperius,tanto habet virtutem magis continuam,& ad plura ſe extendentem, vt patet in homine, quantum ad ſenſum communẽ reſpectu aliorum ſenſuum particularium &c. & idẽ D. Th. virtus vnita eſt ſuperior ſi ad æqualia ſe extendat;

q. 1. art. 8.

2. ſent. d. 1 q. 3 art. 1. p. 1.

l. acceſſorium de regulis iuris in 6. l. nõ debet ff. de regulis iuris et l. ĩ eo quod plus eſt. et reg. ineſt quod minus eſt.

Phil. 2. top c. 4.

In autenticis cod. de ſac. ſa. ecc. Eg. Ro. 2. ſent. d. 22. qu. 1. a. 2. dub. p. lat.

D. Th. 1. p q 57 ar. 2. & q. 2 ar 3. ad 2.

tendat: ſed virtus multiplicata eſt ſuperior, vt plura ei ſubiciantur, a ſimili &c. Sed Papæ poteſtas non ſolam eſt ſuperior, ſed ſuprema in Eccleſia ſancta Dei, & poteſtas regum, aliarum quęcunque dignitatum eſt minor, cũ dependeant à Poteſtate Papæ, tanquam effectus à ſua cauſa; ergo plus poteſt Papa nedum in ſpiritualibus, verum etiam in temporalibus directe, quam Reges ipſi temporales; idcirco optime dicit ad rem Bartholomeus Caſſaneus Burgundius in Catalogo glorię mundi, Papa omnes dignitates mundi pręcedit, & eſt ſuperior: vt habetur in Clement. Paſtoralis de ſententia, & re iudicata, & de Iureiurando, & Gloſ. & eſt prima dignitas in Eccleſia Dei, in Autenticis &c. *ſimile.* *D. Th pr. p. q 77 ad 2. ad 2.* *Bart Caſſanus 4 p. conſ. 7.*

Præterea hæc doctrina 2. lib. de anima colligitur, qualiter actus ſecundus præſupponit primum, vt docere, cũ ſit actus ſecũdus, præſupponit ſcire, tãquã actum primum, & operatio animaſtica præſupponit animam. Hinc Paulus noſter Venetus antiquior eodem loco, Notando ſecundo, de mente Auicennæ lib 6. naturalium, docet qualiter perfectio poteſt capi duobus modis, ſcilicet, prima, & ſecunda prima perfectio, eſt propter quam ſpecies fit ſpecies in effectu ſicut forma enſis. perfectio ſecunda eſt aliquid ex eis, quæ conſequentur ſpetiem rei: aut ex actionibus eius; aut ex paſſionibus, ſicut incidere enſi, & ſicut cognoſcere, cogitare, ſentire, & motus homini, hę. enim ſine dubio perfectiones ſunt ſpeciei: ſed non primę: ergo ſecundæ, dicimus nos *tex. 6.* *Paulus Venetus.*

F &c.

& c at Summus Pontifex vtitur nō ſolum dominio ſpirituali: ſed etiam temporali, & talis vſus eſt actus ſecundus: ergo præſupponit actum primum, nempè poſſe licitè dominari, ac vti tali dominio, quo uſi ſunt multi Summi Pontifices qui fuerunt Sancti, vt Sanctus Silueſter Papa, D. Gregorius, & ceteri, quam plures; quo quidem Dominio temporali certè non fuiſſent vſi, ſi non licui eſſet, & liceret eodem vti, vt tandem haberent, et ſe habere oſtenderēt primas, & ſecundas perfectiones iam dictas: idcirco meritò dicebat D. Leo Papa loquens de Chriſti, ac Petri petra, ſuper quam fundata eſt Eccleſia, tantùm in hac fidei ſublimitate complacuit: vt Beatitudinis felicitate donata, ſacram inuiolabilis penè acciperet firmitatem ſuper quam fundata Eccleſia, portis inferi, & mortis legibus prævaleret, nec in ſoluendis, aut ligandis quorumcunque cauſis, aliud ratum eſſet in cœlo, quam, quod Petri sediſſet arbitrio. Vnde ſatis notandum eſt, quod dicit in quorūcumque cauſis; ſcilicet, tam temporalibus, quam ſpiritualibus determinandis, nam qui dicit omne, vel totum per propoſitionem vniuerſalem ſigno vniuerſalitatis ſignatam, nihil excludit, vt notat Gloſ. & ſic ad rem noſtrā multum facit id, quod docet Paulus Venetus qui ſupra in Logica ſua parua, omne repugnans poſitum cum conceſſo, vel conceſſis, collectiuè, vel diuiſiuè, ſemper negandum eſt: ergo à pari omne repugnans conceſſæ facultati, & vſui Eccleſiæ, quantum ad vtrunque forum ſemper erit negādum

ſup matt. cap. 7.

Gloſ. l. à procur. C. mandati, & ad hoc c. de tier. interue. l. 2

Tract 5. c. de obligatiō bus Reg 4.

dum; Quoniam talis facultas huiuſmodi vſus, conceſſa eſt ſanctæ matri Eccleſiæ à Chriſto concedere potente: vt patet per dictum ſcilicet Leonis &c.& Pōtifex debet ius ſibi à Domino conceſſum tueri, ac defendere, atque legem conſtituere contra aduerſarios etc. Qua propter Dominus Iacobus noſter Valentinus, multa ſunt Sacerdotis munera, præcipuè legem ponere, & conſtituere: vnde dicitur Pontifex, quaſi legem, & poſitionem faciens, per quam Chriſtianus populus in Deum dirigatur, viuat etc. *Iacob val. in Pſal 9. verſ. 1.*

Præterea Gabriel noſter Anconitanus in ſuis ſermonibus Quadrageſimæ ſuper ſeptem pſalm dicit Deus facit cum peccatoribus etc. ſicut Summus Pōtifex, qui ſuis legatis, ac iudicibus communicat poteſtatem ſuam etc. vt iuſtitiam exerceant; En ergo dominium temporale ipſius Papæ, etiam per prædictum ſacrum doctorem, hoc idem exemplum idem doctor videtur adducere de tali dominio, parum infra, eodem loco, exponens illud pſal. In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe, auctoritate D. P. Auguſt. contra Gau. Epiſt. ſecunda, & parum infra ſimiliter de mente eiuſdem D P. Aug. ſi poteſtatem, quā per Religionem, & fidem, regnum temporale, quod debuit diuino munere accepit Eccleſia, hij qui inueniuntur in vijs, & ſepibus; ideſt ſermonibus ſciſmatibus, cogantur, & repræhendantur etc. En ergo Regalis poteſtas Eccleſię conceſſa etc. & idem Doctor ſermone Pau. ſimiliter ſermonem habet de Regno temporali Eccleſiaſtico etc. *ſab 2 quadra. P. 2. ſer. ad 3. difficul. ſimile* *pſal. 31. D. P. Au. cap. 17. Epiſt 48.*

Præterea Sebaſtianus noſter Fanenſis in ſua inſti-
littera M cap. 4. tutione Chriſtiana, quatuor adiuuāt materiam &c. de mente D.P. Aug. omne bonum noſtrum, aut eſt ipſe Deus, aut ab ipſo eſt; modo ſic dici poteſt: dominium temporale Eccleſiæ, cum ſit aliquod bonū, ergo ab ipſo Deo eſt, qui nihil fruſtra facit ſecundum Philoſophum pluribus in locis; ideo S. M. E. vtitur eodem dominio, tanquam bono vtibili. Vnde D. Th. de mente D. Boetij in topicis; cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonum eſt: modo finis dicti Dominij temporalis Eccleſiæ, bonus credi, & dici debet, vt ſe ipſum tueri, ac defendere valeat, non ſolum viribus ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus; ergo iam dictum dominium temporale bonum eſt, vſusq; eius etiam bonus, ratione finis dicendus eſt.

Philoſ. p. cęli tex. 32 3. de aīa tex 43 D. Th. 12. q 18 ar 4 in corp.

Præterea, vſus rerum temporalium, non eſt cuiquam vetitus: ſed temporale Dominium, eſt res temporalis, vt de ſe patet, ratione denominationis à tempore; ergo Summo Pontifici eodem licebit vti dominio: maior probatur ab ipſo B. Egidio noſtro Rom. auctoritate D. P. Aug omnia quæ facta ſunt in vſum hominis facta ſunt, & per Philoſophum, nos ſumus quodammodo finis omnium, & cōfirmatur per D. P. Aug. nos ſumus conſtituti inter vtibilia, & fruibilia, quæ ſunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & tota peruerſitas eſt vti fruendis, & frui vtendis; ſic etiam docet Gregorius noſter Ariminenſis de mente D P. Aug. vti eſt aliquid aſſumere in facultatem voluntatis; & parū infra declarat ſe ipsū, ſecundum

Egi. Rom. 1 ſent. d. 1. ar. 6. in corp.

li. 83. q. 9.

Philoſ. 2. Phyſ. tex. 44.

D. P. Aug. 1. de doct. ch. iſtiana

Greg Ari min. 1 sēt. d 1. q. 3. ar. 3.

dum D.P.Aug.cæteris à Deo vtendum eſt, ſic etiam dicit D.Th.ſimiliter,& D.Bonauentura. Cũ ergo sũmus Pontifex ſit homo,& ex hominibus aſſumptus, ſm D.Apoſtolum,& dominiũ temporale ſit aliqui ta Deo, poterit licitè eodem vti dominio ſummus Pōtifex. Itidem ſentit, Alphonſus noſter Toletanus ſecundũ prædictas auctoritates de vſu &c. nec minus ſubtiliter,ac eruditè hoc idem docet Th.noſter Argẽtinas, omnibus,citra Deum poſſumus vti:quia ordinatè aſſumpta in facultatẽ voluntatis noſtræ,aliquo modo nos poſſunt promouere ad conſequutionẽ vltimi finis: vbi notat aliquid poſſe aſſumi in facultatẽ volũtatis:quinque modis;primo modo per modum imperantis,& ordinantis, vt ſunt bona noſtra &c. ſecundo modo per modum approbantis, vt ſunt bona proximi &c. tertio modo per modũ collaudantis, vt ſunt Angeli cæli &c: quarto modo per modum tollerantis, vt ſunt mala pœnę. Quinto modo per modum confutantis, vt ſunt mala culpæ; & ad tertiũ argumentum dicit licet diuitiæ, & proſperitates temporales ſint malis hominibus impedimẽtũ ſalutis; bonis tñ hominibus, non sũt impedimentũ, nẽpè ſatis:ſed adiumentum; potius virtutis, vt etiã dicit D. Ambr.notans hiſtoriã de *Z*acheo: quare ergo nõ licebit Sũmo Põtifici directè vti dominio tẽporali in adiumẽtũ virtutis? cũ ẽt tale dominiũ ſit aliquid citra Deũ; eo magis: quia B. Eg nr̃ Rom. loquẽs de Rege tẽporali dicit; Rex enim temporalis Dei miniſter, & Rector multitudinis, & idem Beatus Egidius de

D.P. Aug. 10. de Trinit. c. 11.
D.P. Aug. 1. de doct. christiana cap 27.
D Th. 12. q 16. ar. 1
D. Bonauent. 1 sent. d 1. art. 2. & 3.
Ad Heb. cap. 5.
Alph. Tolet. 1 ſent. d. 1. q. 2.
Thom. Argẽt. 1. sẽt. d 1. q 4. ar. 4. in corp.
D Ambr. ſuper Luc. cap. 19.
Egid. Rõ. lib. 1. de Reg. Prin. 1. p. c. 12.

11. ſent. d. 3. q. 2. art. 3. ad ſecũdum arg. Gerardi ſenenſi 1. ſen. d. 1. q. 5. art. 3. ſimile.

mente Philoſophi 3. Polit. c. 7. opportet Dominum ſcire præcipere; vt omnes has cõditiones habet ſummus Pontifex, ergo etc. Similiter Gerardus noſter Se nenſis, omnia citra Deum, ſunt vtibilia: quia omnia talia ſunt in Deum referibilia: nam ſicut frui propriè acceptum, eſt Deo inhærere, tanquam vltimo fini propter ſeipſum: ita vti propriè acceptum eſt ſe applicare ad quodcunq aliud citra Deum, referẽdo ipſum in Deum. Nam omnia quæ ſunt, vel ſunt opera Dei, vel opera noſtra. Si primo modo, cui dubium cum ſint, ab eo. Si ſecundo modo, vel ſunt opera noſtra virtuoſa, vel vitioſa; de primis in charitate factis, non eſt dubium, vitioſa verò, & ſi ſecundum ſe non ſint referibilia in Deum, ratione deformitatis; ſunt tamẽ referibilia ratione diſciplinæ. Cum igitur ſummus Pontifex recognoſcat ipſum dominium à Deo, & ad ipſum referat illud idem: quia vt etiam dicit D. P. Aug. Vtimur enim hoc mundo, tanquam vtentes: vt veniamus ad eum qui fecit mundum: poterit ergo (his ſtantibus) ſummus Pontifex licitè vti mundi dominio: quia ſicut etiam docet Michael Solon noſter Valentinus, diffiniens dominium ſecundũ communem ſententiam; ſic dicit; Dominium eſt libera facultas, & ius vtendi pro ſuo libito; Cum igitur ſummus Pontifex habeat huiuſmodi liberam facultatem: quoniam nihil obſtat in contrarium, iuxta illud D. Apoſt. Non cognouit peccatum: niſi per legem; Igitur poterit licitè vti etc. Eo magis, quia vt dicit idem Michael, eodem libro, Patrimonium Ec-

D. p. Aug de verb. Apoſt. ſe. 25.

michel ſolor valen. lib. de Iroct. & Iur. q. 1. ar. 1. concl. 2.

Diff. dominij adRo. c. 7 q. 4. ar. 3.

cleſiæ

cleſiæ (ſecundum opinionem Iuriſconſultorum) nõ eſt ſubiectum Imperatoris. Forſan quia, vt dicit Th. noſter Argentinas Papa nullum in hoc mundo habet ſuperiorem, & B. Egidius noſter Eccleſiæ primus eſt ſummus Pontifex, & ſic, cum nulli ſubditus ſit humanæ poteſtati, nec Eccleſię patrimonium &c. quis enim præter Deum impedire poterit ſummum Pontificem, ne eodem libere vtatur dominio? nemo quidem.

Th. ab ar. 4. ſent. d. 19. qu. 1. art 3. Egid. Ro. 2. ſent. d. 44. qu. 2. ar. 3. dub. 1. lat. in corp. dub.

Præterea Dominus Iacobus noſter Valentinus ſuper Pſal. Benedicite Domino omnia opera eius &c. dicit ex quo patet, quod Chriſtus habet vniuerſale dominiũ in cœlo, & in terra, & omnia obligata sũt Chriſto, ſic etiam, & Michael Durazinus noſter Emporienſis lib. ſuorum Sermonum de Aduentu Domini, etiam quadrageſimæ. Ex quo patet, quod iſti, tres magi Chriſtum ad orantes iuxta illud Pſal. Adorabunt eum omnes Reges terræ, demonſtrant, Chriſto omnes nationes eſſe ſubiectas: ſicque omnes dignitates, & Sermone de Circuncifione Domini ſecundum illud D. Apoſt. In nomine Ieſu omne genuflectatur, cæleſtium: terreſtrium: & infernorum &c. ex quo patet omnia Domino Ieſu Chriſto eſſe ſubiecta, ſiue obligata; ergo ſic dici poteſt, de eiuſdẽ Vicario; quia D. Apoſtol. etiam dicit, in hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, vt viuorum, & mortuorum dominetur, quid igitur mirum ſi eiuſdem Vicarius; nempe Papa viuentibus recte dominetur, ac eorum bonis vtatur temporalibus orans enim

Pſal. 102. ver. vlt. *Ser. de Epiph. Domini.* *Pſ. 71.* *D. Apoſt. ad Philip. c. 2.* *Ad Ro. c. 14* *Philippus lib 4. de cœlo, & mundo tex. 25.*

enim formam, dat conſequentia ad formam ſaltem
Cant. c. 1. implicitè per Philoſophum. Vnde ad rem optime
notat Iacobus noſter Valent. ſuper Cant Cant. circa finem, quod diuitiæ, & redditus Eccleſiæ; licet ſint bona temporalia; tamen ſunt annexa ſpiritualibus; & ideo per murenulas aureas, intelligit bona merè ſpiritualia Eccleſiæ, vt gratiam Sacramentorum, & donorum, & per Vermiculatas, ſeu puncta argentea, bona temporalia annexa ſpiritualibus, ergo &c. quo quidem dominio aliquo pacto vſus
D. P. Aug. Pſalm. 25. Conc. 2. litera E. eſt etiam Dominus Ieſus Chriſtus; nam ſecundum D. P. Aug. munera temporalia, aliquando accipiuntur ab Eccleſia, quod dico, & Dominus accepit, &
cap. 12. Petrus loculos habuit, eaque mittebantur Iudas auferebat, &c. Sic etiam teſtatur Venerab. Beda ſuper
Proſp. lib. 8. disertat. 2. cap. 13. Luc. ſic etiam aſſerit Proſper Stellaritius noſter Auguſtinomachia, ideſt pro Auguſtino, & Auguſtinianis, de mente D. P. Aug. ſerm. de Apoſt. referentis dictum Ioannis Euangeliſtæ: Ipſe Dominus loculos habuit in via &c. ergo &c.

CAPVT QVARTVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia.

P. 15, ed iuſto iure dominandi cap. 24. Beatus Simon noſter de Caſſia dicit iuſtum igitur ius dominandi, atq; dominij non eſt ex eo, quod ab hominibus inſtituitur, aut agitur; ſed ex eo,

Digitized by Google

eo,quod ex diuina lege conceditur, aut permittitur a qua iuſtè regentes, iuſti vocantur Domini &c. & eodem cap. 2. eiuſdem libri ſic habet, Hic iuſtum in mundo Imperium habuit,cui Deus omnes illos pau cos,& animalia ſubdidit, & non tantum filijs dominabitur;quia Pater eſt &c. ſed etiam in eo, quòd homo iuſtus,atq; perfectus,quem Dominus velut ſuũ Vicarium præfecerat: modo ſic dicimus, vel iſte B. Doctor intẽdit loqui de Adam,vel de filio ſuo Chri ſto, de quo S. Fulgentius noſter ſerm. Epiph. Domi ni fer.4 infra oct contra Hęrodem inſurgens, dicit, Rex iſte.ſ. Chriſtus non venit pugnando Reges ſuperare; ſed moriendo mirabiliter ſubiugare,vel etiã de ſummo Pontifice,qui ex diuina inſtitutione,Chri ſti locũ tenet,& conſequenter Reges ſubiugati Chri ſto, de qua ſubiugatione dicitur,inconueniendo po pulos in vnum,& Reges vt ſeruiant Domino,intelliguutur ſubiugati etiam ipſi ſummo Pontifici eiuſ dem Redemptoris maximo Vicario. Ergo etc. ex eo quia,quod eſt primum in aliquo genere,eſt menſura omnium,quæ ſunt iu eodem genere: vt apertè docet Philoſ. modò cum ſummus Pontifex ſit menſura, & Regula omnium rerum, & Principum terrenorum meritò pręſumitur primus inter eoſdem omnes Reges, ac Principes; imò Principium omnium regalium dignitatum: quia Philoſ.dicit,idem dico primũ, & principium. nam B.Auguſtin. noſter Anchonitanus,eſt Dominiũ Papæ,& Chriſti; ſicut idẽ eſt Dominium delegantis,& delegati; Petrus autem, & cæ-

D. Fulgentius lib. 2. contra Herod.em. inſurgens

Pſal. 101

Philoſoph. 12. met.

Philoſ. 1. poſt tex. 5

Aug. Anc. lib de poſt. Eccl. q. 36 art. 3.

Apoſt. 2. ad Corin. cap 5. *Prouerb. cap. 8.* teri Apoſtoli,ac ſucceſſores omnes ſunt Chriſti legati D. Apoſtolus pro Chriſto legatione fungimur &c.& de Chriſto dicitur, per me Reges regnant &c. & ſic quæcunq; laicalis, & Regia poteſtas temporalis. cum menſuretur a Chriſti poteſtate, menſuratur etiam a Papæ poteſtate, quæ & ſi comparetur ad Domini noſtri Ieſu Chriſti poteſtatem, tamquam effectus ad ſuam cauſam, in qua ideſt Chriſto certè eſt eminentiori, perfectiori, & excellentiori modo, vlla (vt ita dicamus) abſq; comparatione; tamen eadem Papæ poteſtas, quæcunq; ſit, eſt Chriſti poteſtas ratione deriuationis, ſeu commnnicationis eidem ſummo Pontifici communicata, immediatè ſecundum capacitatem, conuenientiam, & modum ſuo ſtatui conuenientē. Ergo quæcunq; alia poteſtas humana meritò ſubiecta eſt poteſtati Pontificiæ. Hoc etiam probatur per ſimilem rationem. Nam philoſ. loquens de potentia naturali dicit, potentia terminatur ad maximum at potentia Pontificia, cum ſit ſupernaturalis, ratione ſuæ originis, terminanda erit etiá ad maximū. Obid enim Papa dicitur Pontifex maximus: quia eiuſdem poteſtas ſuper maximos ſe extendit; idcircò iure optimo Barthol. Chaſſaneus Burg. in Cathal. gloriæ mundi accipiēs illud Saluatoris, Ite in vniuerſū mūdū &c. loquēs de Sacerdotibus, dicit quos ideſt Sacerdotes voluit Regibus, & Principibus totius orbis præeſſe, tanquam excellentiores, inter quos adhuc vnum caput, & ſummum Vicarium ordinauit, Petrū, & ſuc-

Simile

Philoſoph. 1. Cæli tex. 116.

Bartholo. Chaßane᷈ in Cathal. glor. mundi 4 parte conſid. 2.

& ſucceſſores, & idem eadem quarta parte, dicit, Papa eſt Imperatore maior, & per Barth. in cap. nouit, num. 141. & 142. etc. infra eadem conſideratione, Papatus videtur eſſe prior Imperio, cũ Sacerdotium initium habuerit à Melchiſedech, qui fuit Sacerdos Dei altiſſimi, & hunc tradunt Hebræi fuiſſe Sem primogenitum Noe Dominium verò temporale initiũ habuiſſe poſtea a Moyſe populi Duce a Deo conſtituto. poſtquam ſecuti ſunt Iudices, vt dicitur lib. Iudicum per totum etc. *Conſid. 7.* *Gen. 14.*

Præterea ad rem Ambroſius noſter Chariolanus in expoſitione regulæ S. Patris Aug. tex. quando ſimul eſtis in Eccleſia etc. accipiens illud Saluatoris, Data eſt mihi omnis poteſtas etc. & illud Lucæ, & Dabit illi Dominus ſedem Dauid patris eius, & ſic probat Dominum Ieſum Chriſtum eſſe verum omnium Dominum, & parum infra tex. Propoſito tanquam Patri obediatur etc. idcirco Romano Pontifici: quoniã omnis poteſtatis, & quoad omnia, & quoad omnes habet plenitudinem etc. & idem eadem regula tex. timore coram Deo etc. Prælati ſe habent ad ſubditos: quemadmodum Imperatores ad exercitus ſuos: modo, cum ſummus Pontifex ſit Prælatus omnium prælatorum: ergo non minorem facultatem reſpectu omnium habet, quam Imperatores comparati ad ſuos exercitus: imò maiorem. Quare non ab re Iacobus noſter Veldius in tabula ſua Euangeliorum Dom 4 Quadrag. 2. notando, Eccleſiæ concedit ſubſidium, ſeu vſum bonorum temporalium *Matth. 28* *cap. 1.* *Iacobus Veldius*

de mente D. Ambroſij, Aurum habet Eccleſia, non vt ſeruet,ſed vt eroget,& ſubueniat neceſſitatibus etc. Quocirca cum Clerici ſint digniores militibus. Vnde cum milites de facto vtantur diuitijs,auro,argento,ac deniq; dominio temporali: vt manifeſta experientia docet: ijdem multo magis vt poterunt Clerici,& pręcipuè ſummi Pontifices etc. Digniora enim ſunt præponenda,vt notat Gloſ. cum igitur Clerici ſint cunctis alijs digniores:conſequenter præponendi ſunt circa vſum Dominij temporalis etc.

D. Amb. lib. 2. officiorum c. 28.

C. de ſumma Trin. ma Trin. & fid. Cath l. nemo. Gloſ. de in ſ. ic deiur. nat.

7. Cap. cũ Paulus 1. q. 1. l. ff. de Alb. Seuil.

Præterea hoc idē clarè videtur aſſerere Euangeliſt. Boſius noſter Patauinus diſtinguens de duplici poteſtate ordinaria, & delegata, prima ad Paſtores, & Præſules. Secunda ad eos quibus demandatur a ſummo Pontifice, Hierarchiæ ordinis Cathedræ R. E. omnium Principum, ſummo Principe: qui primatu, eſt Abel gubernatu Noe, ordine Melchiſedech, Patriarcha Abraham, benedictione Iacob, Ducatu Moyſes, vocatione Aaron, Principatu Ioſuè, virtute Gedeon, Iudicatu Samuel, rectitudine Dauid, ſapientia Salomon, zelo Elias, ſpiritu Eliſeus, veritate Eſaias, integritate Hieremias, conſtantia Ezechiel, deſiderio Daniel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus, fortitudine Sanſon, qui Leones, ideſt fidei Catholicæ hoſtes interfecit ergo &c. Idem Euangeliſta, qui ſupra, Boſius eodem loco accipit illud Hieremiæ pro Papa, Ecce conſtitui hodie ſuper gentes; & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices,& plantes; vbi notat quatuor

Euangeliſta Pata. lib. 8 Theologicis Theoromatibus Theor. 4. p. 2. litt. E. Pulcherrima comparatiões.

quàtuor mala auferenda à Summo Pontifice, & duo bona facienda. Primo, vt euellas errorum ſpinas, deſtruas Hereticorum edificia, diſperdas Hoſtium fidei conuenticula, & diſſipes omnes machinas fidem catholicam impugnantes, & duo bona ædifices lapides viuos, & plantes nouella germina Chriſto &c. ergo per ſupra dicta omnia à dicto doctiſſimo viro, nedum ſpirituale: ſed etiam temporale dominium rectè ſummo Pontifici conuenit.

Prætered hoc idem aſſerit, & docet B. Albertus noſter Patauinus Doctor Pariſinus ſuper Matth. verbo; data eſt mihi omnis poteſtas &c. vbi notat; vt dicitur in decretis prima par: libri, Duo ſunt Imperator Auguſtè, quibus regitur mundus principaliter, authoritas ſacra Pontificum, & Regalis poteſtas, vna ſpiritualis, altera temporalis eſt; ſed tamen ſpiritualis poteſtas longe excellentior eſt temporali, & honor, & ſublimitas Epiſcopalis, nullis comparationibus poteſt adęquari, ſi regum fulgori compares, & Principum diademati, longe inferiora erunt, quaſi Plumbi metallum ad aurum, ſeù auri fulgorem compares, nihil eſt in hoc ſæculo excellentius Sacerdotibus; nihil poteſt ſublimius reperiri, iſta poteſtas ſpiritualis, quæ eſt in Sacerdotibus nomine cęli poteſt intelligi, temporalis vero poteſtas nomine terræ intelligitur: Chriſto igitur data eſt omnis poteſtas: quia Sacerdotalis, & Regalis etc. de Sacerdotali

D. Alber. Pata. ſuper matt cap. 28. Diſt. 96. c. bene. lib. ſerm. Annual. in feſto S. Trinit.

pulchra cõparatio.

dotali dicitur ab Apoſtolo, pro nobis ingreditur Ieſus ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus eſt; de Regali dicitur Malachiæ Rex magnus ego ſum dicitur Dominus exercituum: præter has data eſt Chriſto. Tertia poteſtas, quæ dicitur diſtributionis: quia Sacerdotium; et Regnum, cui vult poteſt diſtribuere, et aſcendens in cœlum, vtranq; reliquit Eccleſiæ ſuæ poteſtatem. Vnde 22. diſt. cap. omnes dicitur, quod ſolus Chriſtus fundauit Romanam Eccleſiam, qui B. Petro æternæ vitæ clauigero terreni, ſimul et cœleſti Regni contulit poteſtatem. Vnde hæc vltima particula manifeſtè ad rē noſtram facit etc. et ita ſentire videtur D. Gregorius Niſſenus, de Chriſti Principatu ſermonem habens, dicit: ſed Dominus virtutum, qui mundi principatū obtinuit etc. Ipſe eſt Rex gloriç, id etiam aſſerit Dominus Iacob. noſter Valent. dicens in Chriſto fuit, et eſt poteſtas Regalis, et Sacerdotalis tanquam in fonte, et capite, et primo loco ponit ſacerdotalē etc. Vnde cum Papa pro ipſo Chriſto, & nomine ipſius regnet, regat, & gubernet ergo claram, & apertam vtranque habet poteſtatem &c.

Præterea Dominus Bartholomeus noſter Vrbinenſis in milleloquio S. P. Auguſtini, verbo claues, de mente eiuſdem lib. de peniten. circa finē poſt multa &c. dicit; Has igitur claues dedit Eccleſiæ ſuæ, vt quæ ſoluerit in terra, ſoluta eſſent in cœlo &c. tandem circa finem, dicti verbi, claues ſic dicit; tamen certiores ſunt claues Eccleſiæ, quam corda regum; qui-

Apoſt. ad Heb c 5. Malach. cap. 1. Idem ſentit. lo. Bapt. noſter de Aſte lan. 4 sēt. d. 20 q. 2. ar 3. ex Malachia Proph. c 3. Ecce advenit dominator dominus, & regnū in manu eius, et poteſtas et imperium & de mente D. Gre. Pap. hom. 10. ī Enā. nos itaque nato regi offeramus aurum, vt hunc vbiq; regnare fateamini. c. D. Greg. Niſc. ſer. infr. octa. Aſcenſ. lect. 3. Iacob. Valent. Pſal. 132. ver. 3 Bart. Vrb. in Millel. D. P. Aug.

quibus clauibus quodcunq; in terra ſoluitur, etiam in cœlo ſolutum promittitur. Et multo honeſtior eſt humilitas, qua ſe quiſq; humiliat Eccleſię Dei, & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo, mors æterna vitatur; en igitur qualiter dignitates humanæ, quæcunq; ſint, primam dignitatẽ recognoſcere in quibuſcũq: debẽt, & tenẽtur ergo. etc.

Pręterea hoc idem egregiè demonſtrat Petrus noſter de Aragona libro ſuo de iuſtitia, & iure, dicens; & probãs ſufficienter iſtas duas poteſtates, ſpiritualem nempè, & temporalem, non eſſe incompoſſibiles: imò eſſe p ſe coniunctas &c. Nã in lege naturæ Melchiſedech fuit Rex, & Sacerdos: vt ad Heb. Gen. & primogeniti iure legitimo, habebant vtranq; dignitatem: vt dicit turecremata: in lege autem ſcripta, in Moyſe ſimul reſedit vtraq; poteſtas, de Sacerdotali, dicitur, Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius, de temporali autem res perſpicua, & manifeſta eſt. Secundo autem probat idem ſecundum turcremata tam, capite, duo ſunt. 96. d. ad tertium & lib. 1. ſum: cap. 90. & lib. 2. cap. 114. & de mente Aſſueri Pelagij, ſic, dicens, quemadmodum homini duplex finis fuit præpoſitus, naturalis, et ſuper naturalis, naturalis nihil aliud eſt, quam viuere ſecundum vitam moralẽ, & per ſe dirigitur, ac etiam eſt neceſſarius ad ſupernaturalem; nam qui virtutibus moralibus non eſt præditus, prauè viuit, & non eſt idoneus ad beatitudinem conſequendam, etc. Ita Deus debuit duplicẽ ſupra hominem conſtituere poteſtatem, naturalem

Petrus de Arag. lib. de Iuſt. & iure q 67. art. 1.

cap. 7. cap. 14. Turecr. li. 2. {Sum. c. 116 ad 3. Pſal 98.

Aſſue. Pelag. lib. 1. de Plantu Eccle. art. 36. in fine & ad 4. in prin.

duplex finis, naturalis, et ſupernaturalis.

et ſupernaturalem, et quemadmodum finis naturalis non habet ſimpliciter rationem finis; ſed in tali genere naturali, et tunc perficitur, quando ſuperponitur alter; ita poteſtas temporalis (cuius intentio eſt ſubiectos inducere ad virtutes morales,& ad finem ſupernaturalem) non habet rationem perfectam poteſtatis, niſi ſubordinetur alteri ſcilicet ſpirituali etc.

Simile ſicut in artibus et facultatibus ad inuicem ſubordinatis, ſuperior non ſolum continet in ſe vim, et rationem inferiorum: ſed etiam præſcribit illis modum agendi, et inter ipſos artifices eſt vnus, qui appellatur Architectonicus, qui continet, dirigitq; alios in finem: ita debuit inſtitui, ſeu conſtitui vna ſuprema poteſtas, etiam Architetonicus, cui per ſe poteſtates

Id. Papa inferiores, omnino ſubijcerentur. Vnde Bonifatius Papa in Eſtrauaganti, vnã Sanctam S. M. E.

Duplex gladius ſpiritualis, et tēporalis; ſecundus ſub primo opportet gladium eſſe ſub gladio, & poteſtatem temporalem eſſe ſub ſpirituali poteſtate, & D. Apoſt. non eſt poteſtas niſi à Deo, & mox quæ à Deo ſunt ordinata ſunt: non autem eſſent ordinata, niſi gla-

D. Apoſt. ad Rom. c. 13. dius eſſet ſub gladio, &c. & D. Dienyſius, dicit, lex diuinitatis eſt, infima per media in ſuperiora reduci &c. Sic quæ concludit ex dictis Chriſtum eſſe ve-

D. Dion. l. de Ang. Hier. rum Regem, de quo verificari debet, ac poteſt illud Pſal. Regnabit Dominus in ſæcula, & Deus

Pſal. 145. tuus Sion in generatione, & generationem, habentem vnamquamque poteſtatem, ſimiliter, & Summum Pontificem habere eaſdem, & non habere Imperatorem ſuperiorem, nec quemuis alium de lege

or-

ordinaria &c. ibiq; ſoluit multas difficultates incontrarium, vt eſt ibidem videre &c. ergo Summus Pontifex poteſt licitè vti vtroq; gladio; ideſt dominio ſpirituali, & temporali.

Præterea Dominus Hieronymus noſter Seripandus Neapolitanus ſuper Epiſt. D. Apoſt. ad Galat. agens de prmatu D. Petri accipit illud Saluatoris, tibi dabo claues Regni cœlorum &c. dicit de eodem primatu D. Petri, ac de ſumma eiuſdem poteſtate in Eccleſia Sancta Dei ſibi à Ieſu Chriſto collata, ſuper petram edificata eſt Eccleſia Chriſti; Petri gubernatione, & cura firmiſſimè, & immobilis petræ fundamento ſuſtentatur, & ab omni impendentis ruinæ periculo, ſertum tectum ſeruatur, atq; defenditur, & defendi voluit &c. quod quidem fieri non poterat ſua poteſtate, & ſine eo imperio, quod Chriſti Vicarium decet, &c. en quomodo diſtinguit in petro Summam poteſtatem, ab imperio, & diſtinguendo reponit in ipſo, quod debet intelligi temporaliter, tum propter diſtinctionem allatam, tum etiam, quia parum infra, idem dicit, Claues enim Regni cœlorum, poteſtatem Petro dederunt, & de fide, & de moribus de mari &c. Mare (certum eſt) eſſe quid temporale, ergo Summus Pontifex Petri ſucceſſor poterit iuſtè vti temporali dominio, non obſtante ſpirituali &c.

Hiera Serip Naf. ad Gal q. 14. Matt. 6.

Præterea Thadeus nr̃ Peruſinus Theologorum p̄cipuus, olim Prior Generalis totius ordinis noſtri Auguſtiniani, in opere ſuo pulcherrimo ſuper Iſaiā

Thad Peruſ. ca. 32.

H pro-

prophetam,vbi magnam digreſſionem de eadem materia faciens conſtanter, ac firmiſſimè docet, ſummum Pontificem eſſe verumdominum temporalem, ſeu temporalium, vbi etiam diſputatiuè, & ſubtiliſſimè diſputat huiuſmodi quæſtionem ad ambas partes,quam ponemus circa finē præſentis tractatus etc.

CAPVT QVINTVM

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia nouas adducens rationes.

Filius a Patre petijt Imperium ,& Regnum
Pſalm.85. vniuerſale. Vnde dicit, reſpice in me,& mi-
Pſalm.96. ſerere mei , & da Imperium puero tuo etc.
ſic exponit D. Iacob Valent. noſter de Regno,& Im
Ex Pſ 98. eodem Pſ. perio vniuerſali etc. quod videtur accepiſſe, vnde dicitur, Dominus regnauit, & exultet terra etc. quod ſimiliter exponens idem Dominus Iacobus Valent. docet Dominum Ieſum Chriſtum in forma humana poſt reſurrectionem ſuam accepiſſe vniuerſalem poteſtatem in cœlo,& in terra etc. Dominus regnauit iraſcantur populi,qui ſedet ſuper Cherubim etc. ideſt Chriſtus ſedet ſuper duos populos Gentilem,& Iudaicum,& ideò dicitur, Dominus in Siō magnus, & excelſus ſuper omnes populos etc. intelligitur quo ad Dominium temporale, quod quidem proculdubio communicatum fuit Eccleſiæ Prælatis,
1. Reg c.2 & Papæ principaliter. Nam Anna prophetiſſa in ſuo Cantico ſic dicit, Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat,

humiliat, ſublimat, ſuſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem; vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat, quod exponens idem Dominus Iacob. Valent. dicit, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, non ſolum tranſtuliſſe bona ſpiritualia gratiæ à Sinagoga in Eccleſiam; ſed etiam regnum, & ſedem Sacerdotalem; hinc ſequitur Anna vbi ſupra, Domini ſunt cardines terræ, & poſuit orbē & Eccleſiæ ſuper eos. Nam tota Eccleſia vertitur, gubernatur, & regitur ſuper Prælatos, doctores, & ſacerdotes etc. At inter hos maior: immò maximus, & principalis eſt Papa, de quo verificari poteſt illud dictum, ſolium gloriæ teneat, cum ſedeat cum Principibus immò ſuper omnes Principes etc. Ergò ſummus Pontifex regnat, nedum ſpiritualiter, verum etiā, & temporaliter.

Præterea Gregorius noſter Luſitanus Coronel de mente D. Leonis Papæ Epiſt. 73. dicit, debes inconſtanter aduertere Regiam poteſtatem, tibi non ſolū ad mundi regimen: ſed maxime ad Eccleſię pręſidiū eſſe collatam; vt vſus nefarios comprimendo, & quę ſunt inſtituta defendas, & veram pacem hijs, quæ turbata ſunt reſtituas, & parum infra, eodem capite de mente S. Ioan. Griſoſt. Hom. 4. in verbis Iſaiæ, maior eſt Sacerdotis, quam Regis principatus. Propterea Rex caput Sacerdoti ſubmittit, et vbiq; in ſacra veteri ſcriptura, Sacerdotes inungebant Reges, et de mente S. Epiphanij Epiſt. 2. ſerm. 29. largitus Chriſtus ſubſe conſtitutis Regnum, ne diceretur à

Greg. lib. 3 de opt. Reip. Statu.

paruis ad maiora procedere: manet, Thronus Chriſti, & Regni eius non erit finis, & ſedes ſuper Thronum Dauid: itaut, & Regnum, cum Pontificatu tráſtulerit, & largitus ſit Eccleſiæ. Ergo (dicit idẽ Gregorius ibidem) omnes Reges, & Regna, Imperatores, & Imperia ſubiecta ſunt Imperio Eccleſiæ. Vnde declaratiuè addi poteſt quantum etiam ad Dominium temporale: quoniam dicit Regnum, & Pontificatum ipſius Dauid translatum eſſe ad Pontifices *&c.* Regnum enim Dauid fuit temporale: qua de re, & ſic conſequenter iuſtè Summus Pontifex (ad quẽ dicti Regni temporalis facta eſt translatio) temporaliter regnare poterit, præcipuè ad auferendam tyrannidem, & ad vindicandam iniuriam per malos Reges ſubditis factam, vt dicit idem eodem lib. circa finẽ, ſubinfertur modo, ergo multo magis ad vindicandam iniuriam vniuerſali Eccleſiæ factam &c.

Greg. Luſit. cap. 14

Præterea idem Gregorius noſter Luſitanus eodẽ lib. 2. optime docet Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum & eius Vicarium Summum Pontificem, non eſſe duo capita: ſed vnum tantum caput. Nam Zorobabel, qui Chriſti figura fuit, & Chriſtus, non duo capita fuerunt: ſed vnum tantum, ergo à pari Summus Pontifex dicitur Chriſti Vicarius; quia Chriſti vicem gerit; vnde cum Chriſtus habeat omnes poteſtates, ſic eiuſdem Vicarius, &c. & ſi non eodem modo vt dictũ eſt: additur, de Chriſto enim dicitur: quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentibus ergo pariter, & Papa &c. & confirmatur nam

Greg. Luſit. cap. 5. circa medium.

Pſal. 22. Pſal. 104.

dicitur

dicitur, conſtituit eum Dominum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſſionis ſuæ, quod dictũ Pſal mi Dominus Iacob. noſter Valent. interpratatur de Ioſeph, in Ægipto, qui ſimiliter Chriſti figura fuit dicit idem. Ergo à Dominio temporali ipſius Ioſeph, figuratiuè habetur Dominium temporale Chriſti, & conſequenter eiuſdem Vicarij Summi Pontificis &c.

Pſal. 2. verſ. 1,

Preterea idem Gregorius Luſitanus; idem Dominium temporale Summi Pontificis, probat per quandam auctoritatem D. Apoſt. vt non ſit Sciſma in corpore, cuius membra ſunt, non ſolum Epiſcopi, cæteriq; diuino cultui peculiariter mancipati; ſed & reliquus populus, quos laicos dicimus, vt Imperatores, Reges ciuiles cetus, & rerum publicarum magiſtratus, etiam quatenus ciuiles exiſtunt, quæ ſunt membra vnius capitis Romani Pontificis. Idem Gregorius Luſitanus, de mente D. Apoſt. Vos fratres per nomen Domini Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis Schiſmata, ſitis autem compoſiti in eodem ſenſu, & eadem ſententia; de quo etiam dicit D. Th. Eccleſiæ autem vnitas in duobus attenditur, ſcilicet in comiſtione membrorum ad inuicem, ſeù in comunicatione, & iterum in ordine omnium membrorum Eccleſiæ ad vnum caput, ſecundum illud, in flatu, ſenſu, carnis ſuæ, & non tenens caput, & quo totum corpus pernexus, & coniunctiones, ſubminiſtratũ, & cõſtru-

Greg. Luſit. lib. 3. de op. Rei. ſtatu c. 12. Apoſt. 1. Cor. c. 12.

Greg. Luſit. lib. 1. de vera Chriſti Eccl. pagin. 20. D. Apoſt. 1. Cor. c. 1. D. Th 2. 2. q. 39 ar. 1. in corp. D. Apoſt. ad Col. c. 2

ctum

ctum creſcit in augumentum Dei, hoc autem cap it eſt ipſe Chriſtus, cuius vicem in Eccleſia gerit Summus Pontifex. Sciſmatici dicuntur, qui ſubeſſe renuunt Summo Pontifici, & qui membris Eccleſiæ ei ſubiectis communicare recuſat: contra quos Sciſmaticos idem D. Th. eadem quæſtione, & articulo ad tertium argumentum ſic dicit, ſicut fides, & charitas ſunt diuerſę virtutes: ita etiam Schiſma, & Hęreſis ſunt diuerſa vitia, quamuis quicunq; eſt Hæreticus, ſit etiam Sciſmaticus, & non è contra; vt etiã dicit D. Hieronymus. in Epiſtolas, ad Galatas. Schiſma enim tandem eſt via ad hæreſim; ad rem itaq; redeuntes, talia membra gubernari debent ab eodem ſuo capite; cum dicat idem Gregorius Luſitanus, circa medium, loquens de auctoritate Eccleſiaſtica; Hæc enim ſola legitimam in omnes exercet iuriſdictionem, & nullius alterius quam ſempiterni Dei eſt ſubiecta iudicio, quod quidem pulcherrimum dictũ, confirmari, ſeù corroborari poteſt auctoritate Philoſophi (vt ſuperius tactum eſt) omnem potentiam; terminari ad maximam &c. ſeù per ſuperabundantem &c. ita à pari, omnis alia poteſtas ad maximam, ſeù ſuperabũdantem Summi Pontificis poteſtatem tamen ſiquis diceret Philoſophum intelligen dũ eſſe ſolum de potentijs naturalibus. Dicendum eſt cum iuris conſultis, de ſimilibus idem eſſe iudicium: ſed iſtæ potentiæ, tam naturales, quam iuriſdictionales ſunt ſimiles; ergo &c. ff. Vi, ad l. qui l. illud & C. ad l. fal. l. vlt. vel aliter per alia verba, ſimilis æquitatis ratio, ſimilia iura ſuadere debet. Præ-

D. Th.

D. Hier. in Epiſt. ad Gal.

Greg. Luſi. eod lib. ca. 16.

Phil. 1. Cel. tex. 116.

Reſponſio ad tacitam obiectionẽ.

Præterea D.Thom.dicit Chriſtum eſſe caput,om nium eorum,qui ad Eccleſiam pertinent, ſecundum omnem locum,& tempus, & ſtatum, alij autem homines dicuntur capita ſecundum quædam ſpecialia loca, ſicut Epiſcopi &c. & ſecundum determinatum tempus ſicut Papa eſt caput totius Eccleſiæ tempore ſui Pontificatus, & ſecundum determinatum ſtatum, nempè viæ. alio loco Chriſtus eſt caput Eccleſiæ propria virtute, *&* auctoritate: alij verò Domini capita, in quantum gerunt vicem Chriſti. Nam & ego ſi quid propter vos in perſona Chriſti, &c. Pro Chriſto legatione fungimur &c. ex dictis autem, quod præcipuè ad noſtrum facit propoſitũ, eſt, quod Papa eſt caput totius Eccleſiæ, vt pluries ſupra dictũ eſt. At D. Thom. eadem quæſt. loquens de Chriſto caput Eccleſiæ, dicit tria eſſe in capite conſideranda, primo ordinem, ſecundo perfectionem, & tertio virtutem: ordinem quidem: quia caput eſt prima pars hominis incipiendo à ſuperiori &c. perfectionem: quia in capite vigent omnes ſenſus interiores, & exteriores: virtutem tandem, quia virtus, & motus cæterorum membrorum, et gubernatio eorum eſt à capite in ſuis actibus propter vim ſenſitiuam, *&* motiuam dominantem; quoad primam conditionem, verificatur illud Ieremiæ ad omne caput viæ poſuiſti lupanar tibi, inde eſt quod omne principium conſueuit vocari caput. quoad ſecundum dicitur Iſa. Senes, *&* Honorabilis ipſe eſt caput, *&* quo ad tertiam cõditionem verificatur illud primi Regum, cum eſſes paruu.

D.Th.3.p. q.8. art.6. i corp art.

D. Apoſt. 2.Cor.c.2. 2.Cor.c.5.

D.Th.3.p. q.8. art.1. in corp.

Simile.

cap.2. cap.9. cap.13.

paruulus in oculis tuis caput in Tribubus Iſrael factus es. Vnde Rector, caput Populi dicitur; Cum ergo hæc omnia aptè tam ſpiritualiter, quam etiam temporaliter Summo conueniant Pontifici, præcipuè propter vim motiuam, & ſenſitiuam dominantem, gubernatio &c. Quæ omnia naturaliter conueniunt naturali capiti, ne dum ſpiritualiter, verum etiam corporaliter, Ergo, ita à pari &c.

Ang. a Ca. cap. de ſac. functlion. Præterea, etiam quia Corona capiti conuenit, & ſolet apponi, ſeù caput coronatur: hinc eſt quod Dominus Angelus noſter à Camerino in ſua Cronhiſtoria, & de itinere Summi Pontificis, ac de baculo Iuriſdictiouis eiuſdem, nec non de Coronatione Papæ eodem lib. loquens, non ſine potiſſima ratione, & cauſa, ſic dicit. Summus Pontifex vtitur illa corona, quæ communiter dicitur, Regnum mundi; ergo mundo temporaliter dominatur, vt caput &c. Idcirco idem Dominus Angelus eodem lib. maxima ductus ratione ſummopere laudat zelum iuſtitiæ, cũ charitate, & humanitate Summi Pontificis gubernando &c. ergo iam dictas virtutes Summus Pontifex exercet, nedum ſpiritualiter verum etiam, & temporaliter. *Cap. de cathal. Sacriſtar. nři Auguſti.*

Th. Bon. ſe 3.3. Dom. quadrag. Matt. 18. cap. 3. Præterea Thomas Brouinus noſter Bononienſis in ſuis ſermonibus manu ſcriptis, ſuper verbum Saluatoris, ſi te non audierit, dic Eccleſiæ, apertè oſtendit poteſtatem Eccleſiaſticam etiam temporalem figuratiuè, exemplo deſumpto ex 2. lib. Machab. Vbi ſic dicitur, igitur cum ſancta Ciuitas habitaretur in

omni

omni pace, leges optime adhuc cuſtodirentur, propter oniæ Pontificis diſpoſitionem, & pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat, vt, & ipſi Reges, & Pontifices locum ſummo honore dignum ducerent; & templũ maximis muner bus illuſtrarent &c. ſi ergo tanta fuit veteris teſtamenti Põtificis poteſtas, vt leges obſeruarentur, & Reges templũ recognoſcerent &c. à minori ad maius, vel à figura ad figuratum quanto maior debet eſſe, & eſt de facto poteſtas Summi Pontificis nouæ legis: ergo &c.

Prçterea Thadeus noſter Locatellus Ariminenſis, de mente D.P. Aug. dicentis, oportet enim, vt ſeruo Dei habenti aliquem honorem in Eccleſia Dei, deferatur primus locus; quia ſi non deferatur, malũ eſt illi, qui non defert, non tamen bonum eſt illi, cui defertur; oportet ergo, vt in Congregatione Chriſtianorum Præpoſiti plebis eminentius ſedeant; vt in ipſa ſede diſtinguantur, & eorum officium ſatis, non tamen, vt inflentur de ſede &c Igitur maiores Præpoſiti eo eminentius ſedere debent &c. at Summus Pontifex eſt maior totius Eccleſiæ præpoſitus; ergo altius ſuper omnes alios potentatus, vt in ipſa ſede ab alijs poteſtatibus ratione ſuperioritatis omnino diſtinguatur officium eius ſuper omnes alios &c. dic ergo Eccleſiæ &c. & ad rem ſatis aptè B. Egidius Rom. dicit, Papam eſſe ſuper omnes alios, & non pertinet ad eum obedire alijs hominibus &c.

Tha. arim. ſer. Quad. eiuſd ſer 3 vbi ſup. ſuper idẽ ner. Salua. ſi te non audierit &c.

D.P. Aug. de tẽp. ſer. 234.

B. Egi. Rõ. quolib. 3. q. 6.

CAPVT SEXTVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia nouas adducens rationes.

FRanciſcus noſter Recanatenſis lib. ſuorũ ſermonum quadrageſimalium ſuper idem *Fer. 3. dom. 3.* dictum Saluatoris ſi te non audierit dic Ec*matth. 18.* cleſię &c. accipiens illud Iſaiæ, vos autem Sacerdo*cap. 61.* tes Domini vocabimi Dei miniſtri &c. dicit per hos miniſtros, & Sacerdotes, non ſolum intelligendos eſſe communiter omnes Sacerdotes, ſed multo magis Sãctæ Eccleſiæ Prælatos, ac Sanctos Apoſtolos: ita etiam exponit, & ſentit Thadeus Peruſinus eundem locum Iſaiæ, eodem loco, vnde dictum my*Pſ. 44.* niſterium, nedum intelligi poteſt in ſpiritualibus; ſed etiam in temporalibus cum dicatur, pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos Principes *D.P. Aug.* ſuper omnem terrã &c. quam ſententiam D.P. Aug. eodem loco exponens, ſic declarat; Patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi: conſtituti ſunt Epiſcopi; hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundum; vnde nati ſunt? ipſa Eccleſia patres, illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum. Non te ergo putes deſertam: quia non vides Petrum, quia non vides Paulũ, quia non vides illos, per quos nata es de prole tua, tibi creuit Paternitas &c. Idcirco dic Eccleſię vti matri in omnibus plenam habenti facultatem, vt poteſt

teſt maniſeſtè probari per iam dicta, & dicenda, ad mentem etiam Domini Iacobi Valentini exponentis prędictum verſiculum Pſalmi &c. quia pro patribus, id eſt loco, & vice Patriarcharum, & Prophetarum nati ſunt tibi filij Apoſtoli Sancti &c. ideo hos conſtitues Principes ſuper omnem terram; hoc idem dicit Eccleſię cōgregatę ex gētibus, ne timeas &c. quia habuiſti Summos Philoſophos, qui in ſciētia humana floruerunt, & Reges, & Imperatores, qui armis, & legibus totum orbem ſubiecerunt: nā pro illis Patribus tuis, id eſt loco Platonis, Socratis, Ariſtotelis, & cæterorum Philoſophorum, & loco Ciri, Darij, Alexandri, Cęſaris, Pompei, Octauiani, cæterorumque famoſorum Regum, & Imperatorū nati ſunt tibi filij Sancti Apoſtoli, & Diſcipuli &c. hos conſtitues Principes ſuper omnem terram, etiā ſecundum temporale dominium, cum poſiti ſint loco prędictorum dominorum temporalium &c. dic ergo Eccleſię habenti verum dominium tam ſpirituale, quam temporale. *D. Iac. Val*

Præterea idem Franciſcus noſter Recanatenſis eodem loco vbi ſupra, idem dominium Eccleſię tā ſpirituale, quam temporale probat alio fortiſſimo medio deſumpto ex primo Machab. Vbi habetur, qualiter Ionathas ſummus Sacerdos elegit viros, & miſſit Romam renouare, & ſtatuere amicitiam, & ad ſpartiatas, & alia loca, vbi electi dixerunt intrantes curiam, Ionathas ſummus Sacerdos, & gēs Iudæorum miſerunt nos, vt renouaremus amicitiam, *Franc. Recanat. cap. 12.*

I 2 & ſo-

& ſocietatem ſecundum priſtinum. Et dederunt illis, epiſtolas ad ipſos per loca &c. ſimiliter parum infra, eodem capite legitur forma Epiſtolæ ſcriptæ ad ſpartiatas. Ionathas ſummus Sacerdos, & ſeniores gentis, & Sacerdotes, & reliquus *P*opulus Iudæorum ſpartiatis fratribus ſalutem. Iampridem miſſe erant Epiſtolæ ad Oniam ſummum Sacerdotem ab Ario, qui regnabat apud vos, quoniam eſtis Fratres noſtri *&c.* ex quibus omnibus clarè habetur dominiũ temporale ſummi Sacerdotis illius temporis, ergo multo magis tẽpore nouæ legis, ſummus Sacerdos, & Põtifex huiuſmodi temporale dominium habere poteſt, cũ illud primum ſit figura huius ſecundi &c. dic ergo Eccleſiæ, quæ ſecundum Diuum Leonẽ Papã; ſicut eſt pro omni victima vnum ſacrificium: ita de omni gente ſit vnum regnũm &c. ergo huius vnius regni Rector principalis, ne dũ ſpiritualiter, verum etiam, *&* temporaliter eſt Summus Pontifex.

D. Leo ſup Ioan c 12. verb. quoniãtu es verus agnus Dei.

Præterea idem qui ſupra Thomas noſter Brouinus Bononienſis, vbi ſupra, dic Eccleſiæ &c. quæ totalem ſuam poteſtatem ſpiritualem, & temporalem habet ab ipſo Chriſto Summo Sacerdote, ac Regũ Rege ſecũdum illud, ipſe inuocabit me, *P*ater meus es tù &c. cui Deus *P*ater dicit, & ego primogenitum ponam illum excelſum, præ regibus terræ, qui ſecũdum Dominum Iacobum noſtrum Valentinum poteſtatem aliquam habent in vno regno, vel in vna *P*rouincia; Chriſtus autem in Cœlo, in Terra, & ſuper

Th. Bron. Bonon. pſal. 88.

Dñs Iacob. Valent.

per omnes gentes, tanquam primogenitus Dei Patris poteſtatem habet,& idem dicit verſ. intende voci meæ &c. Rex meus & Deus meus, quam poteſtatē Eccleſiæ ſuæ dediſſe dicitur iuxta illud Saluatoris; quæcunque ligaueris ſuper terram &c. Ideo dicitur excelſus præregibus terræ &c. *pſal. 5.* *matt. 19.*

Præterea Thadeus noſter Ariminenſis vbi ſupra dic Eccleſiæ &c quæ vt Chriſti ſponſa,& ſummi Regis filia omnem ſuam facultatem, ſiue potentiam, tam Spiritualem,quam Temporalem à ſuo ſponſo conſecuta eſt: quia ſecundum D. Patrem Aug. verſ. Virga directionis, virga regni tui &c. Rex noſter Rectorum Rex, quomodo, & Sacerdos à Sanctificando nos, & Rex à regendo nos dicitur: ergo Eccleſia Chriſti Summi Regis Sponſa Regina dici debet: & duas illas poteſtates habens,& temporalem maiorem, quam cęteri Reges,& Principes habent poteſtatem; cum ſecundum D. Thomam, in ſubiectos, multa poſſit facere ſuperior poteſtas, quæ non poteſt facere inferior poteſtas: at Eccleſiaſtica poteſtas procul dubio eſt ſuperior: cum eidem ſub ordinetur quęcumque alia poteſtas terrena, quę cum non poſſit eſſe maior, nec æqualis poteſtati Eccleſiaſticę, erit minor.nam D. Thom. eadem parte, & quęſtione articulo tertio fundamentaliter dicit de mente D. Apoſtoli: quęcũque à Deo ſunt, ordinata ſunt; ordo autem maximè videtur in diſparitate conſiſtere ſecundum Diuum P. Aug. vt igitur reperiatur in poteſtatibus id quod dictum

Tha arim. D.P. Aug. ſup pſ. 44.

D.Th. 2.2. q 96. art. 1 ad prim.

D. Apo. ad Rom 13. D.P. Aug. 19. de Ciu. Dei.

Alb. de Sax. q. dictum eſt, concedenda eſt præfata ordinatio &c. etiam; quia ſecundum Albertum noſtrum de Saxo- *Phil. text. 48.* nia primi de Generatione fundamentaliter de mente Philoſ. eodem libro, omnia ſimilia nec agunt, nec patiuntur ad inuicem; ergo neceſſaria eſt iſta diſparitas dictarum poteſtatum, vt poſſit ibi eſſe, actio & paſſio moralis, pro malorum moderatione. Dic, ergo Eccleſię habenti ius principale, & rationem a- *Alb. de Gen. q. 16 Phil. tex. 87.* gendi; vnde & ſi omne agens agendo repatiatur, vt docet idem Albertus de Saxonia eodem lib. de mente Philoſ. ad rem noſtram potius intelligitur; agēs repati potius paſſione perfectiua, quam corruptiua: dic ergo Eccleſiæ, quæ habet quorumcunque hominum defectus corripere &c.

Marian. Piſa. Præterea Marianus mancinus noſter Piſauriēſis lib. ſuarum Concioum extrauagantium concione de laudibus D. Nicolai Confeſſoris Tollentinatis Ordini noſtri, habita Tolleti Hiſpaniæ, dum erat Comes *G*regorij noſtri Elparenſis Cardinalis &c. dicit Pontificem Romanum eſſe primam heroicam perſonam, non ſolum totius Eccleſiæ ſed etiam totius mundi, qui ad oſtendendam ſuam amplitudinem, ac magnitudinem, necnon primatum ſecundū appellationem D. *G*regorij magni, appellatur, & nuncupatur ſeruus ſeruorum Dei, ad imitationem Saluatoris noſtri, qui non venit miniſtrari: ſed mi- *B. Egid. Rom. quol. q. 6. ī reſp. ad 2.* niſtrare. Sic etiam teſtatur B. Egidius noſter Rom. Pontifex appellatur, ſiue nuncupatur ſeruus ſeruorū Dei: quia, qui voluerit inter vos eſſe maior, erit ve-

ſter

ſter ſeruus &c. cum ergo dixit Romanum Ponti-
ficem eſſe primam perſonam Eccleſiæ,|& totius mũ *.7 hom.*
di, ſignum clarum eſt, ipſum habere ius, ac domi- *3.p. qu. 8.*
nium in toto vniuerſo, in quo ſunt multi infideles, *art. 3. ad*
qui ſecundum D.Thom. & ſi actu non ſint de Eccle *primum*
ſia, ſunt tamen de Eccleſiaſtica potentia, quæ quidẽ *arg.*
in duobus fundatur; primo quidem in Chriſti virtu *& 22.qu.*
te principaliter, quæ eſt ſufficiens ad ſalutem totius *10.art.10*
humani generis; ſecundario in arbitrij libertate, idẽ *in cor art.*
D. Thom. dicit, Iudæos ſeruos eſſe Eccleſiæ, quę po *art. 11.in*
teſt diſponere de eorum rebus, & eadem quæſt. di- *corp. art.*
cit, quòd humanum regimen deriuatur à Diuino,
& ipſum debet imitari: ſed Romanus Pontifex diui-
num exercet Regimen, iuxta illud *P*aſce oues meas, *D. Io. 21.*
etiam, & agnos &c. pariter humanum Regimen exer
cere poteſt, & debet, ex eo quia humanum regimen
(vt dictum eſt) à diuino deriuatur: hinc meritò etiã
infideles ſunt de potentia Eccleſiæ, cui dictum fuit
à Saluatore, quæcunque ligaueris &c. & ab Eccleſia
non excluditur Summus Pontifex: immo principa
liter includitur, & intelligitur, cum ſit caput eiuſdẽ,
nam integrum corpus, & perfectum nunquam erit
ſine capite ſibi conueniente, ſic ad rem &c.

*P*ræterea D.*P*. Aug. Verſ. Exaltationes, c. vbi lo- *D.P. Aug*
quitur de Gladio verbi Dei, bis acuto, ſic dicit, quic- *Pſ. 149.*
quid temporale nobis promiſſum eſt, ad vnam par-
tem gladij pertinet, quicquid ſempiternum ad alte-
ram partem gladij ſpectat, habens ſpem futurarum
rerum, habens conſolationem præſentis, & parum
infra

infra, dicit, venit ergo Dominus noſter ferens gladium bis acutum, promittens æterna, & implens tēporalia, ergo ſequitur idem quod ſupra.

D. Proſp. Reg. li. ſuarumquæſt. pariſijs d. ſput. ſuper prol. 1 ſen. q deſenſib. interio. circa medium.

Preterea D Proſper noſter Reginēſis olim Prior Generalis ordinis noſtri, & deinde Epiſcopus Reginenſis dicit, quòd in omni natura quæ pluribus eſt communis, oportet eſſe vnum fontem, à quo illa cō munitas oriatur, modo ſic dicimus: ſed quælibet po teſtas, tam Spiritualis, quam Temporalis (vt experientia patet) eſt quædam natura communis pluribus conueniens, vt Epiſcopis, alijſque Prælatis Regibus, alijſque principibus, ergo oportet dari Vnum fontem, à quo illa communitas poteſtatum oriatur, fons autem ille in his inferioribus nō poteſt eſſe: niſi illa ſumma pontificia auctoritas, cui dictū eſt à Chriſto, quæcunque ligaueris ſuper terram &c. cum ipſa Pontificia Poteſtas, ſit reſpectu aliarum poteſtatum ſicut ſubſtantia reſpectu cunctorum accidentium, quæ eidem ſubſtantiæ ſubijciuntur, ac in eadem ſubſtentantur &c. Vnde à Saluatore, ad rem dicitur Petro, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam &c.

ſimile.

math. 16.

i. ſubiectā tur

Præterea idem S. Proſper eadem quæſt. propè finem, dicit de mente Phil. quod ſcientię ſunt potentiæ &c. modo ſic; ſed Summus Pontifex habet ſcientiam dominandi temporaliter; ergo dominari licitè poteſt.

philoſoph. 9. met.

Præterea Ambroſius noſter Calepinus celebris auctor in ſuo vocabulario, littera, p, & Verbo Pon-

tifex,

tifex, dicit, quod Põtifex idẽ eſt, quod *Papa*, ſacrorũ auctor, & magiſter publicæ Religionis, & de mente Sceuolæ *P*ontifex dictus eſt à Poſſe, *&* facere; hoc autẽ ſtante fundamẽto, ſuũ poſſe, & facere: quia vbi lex nõ diſtinguit (& præcipuè diuina) nec nos diſtinguere debemus, & qui non poteſt quod minus eſt, nec quod maius eſt; Vnde, cum argumentum à certiori ſenſu ſit fortiſſimum in iure; quapropter ſi *Papa* non poſſet temporaliter dominari, ſeu temporali dominio vti, quod minus eſt, videretur quodammodo non poſſe vti ſpirituali dominio, quod maius eſt; at poteſt exercere; & de facto exercet sũmũ ſpirituale dominiũ: ergo pari rõne, et quodammodo fortius exercere poteſt temporale dominium *&*c. nam acceſſorium ſemper ſequitur naturã ſui principalis, dato ergo quod tẽporale dominiũ ſit, quid acceſſoriũ, neceſſariò ſequitur naturã principalis dominij ſpiritualis quod Papę principaliter conuenit, ſequitur, conſequenter temporale dominium conuenire ſimiliter eidem Papæ ratione dictæ ſequelę.

Amb. Cal. ff. de pub. l de pretio ff de Sen. l qui.

l. 1. § huius rei ff. de off. eiuſmi mand. eſt veriſd.

l. cui C. de Po. et ff. de reg. iur. l. cum principalis.

Præterea, Par in parem imperium non habet, nec minor in maiorẽ: ſed Papa habet imperiũ ſuper omnes alios Principes, iuxta illud Saluatoris, quęcunque ligaueris & c. in temporalibus etiam: quia vnus actus inducit conſuetudinem, ſed Summus Pontifex, nedum vna vice, verum etiam quod ad ſuos infinities (vt ita dicamus) habuit, & exercuit actũ dominãdi, & gubernãdi ſpiritualiter, & temporaliter, ergo eodem, *&* vtroque dominio legiptimè vti poteſt.

ff. ad treb. l. ille a quo § tempeſti uum, & ff. de arbit. l. nam mag.

C. de epiſc audien.

K Præte-

Prętereà D. Thom. dicit, licet cuiq; temporalia deſiderare, & conſequenter eiſdem vti; quamuis nõ principaliter, vt in ipſis finẽ cõſtituamus: ſed, vt sũt quędam adminicula, quibus ad tendendum in beatitudinem adiuuamur; in quantum per ea vita temporalis ſubſtentatur, & nobis ad actus virtutum organicè deſeruiũt, vt dicit Philoſ. & D. P. Aug. prout refert eodem loco D. Tho. Cum ergo cuilibet liceat optare dicta bona tẽporalia ſub prędicto fine, vt ſint adminicula tendendi in finem beatitudinis; directè ſummo Pontif. eiſdem bonis, ac tẽporali dominio liceat vti, vt ſe, ſuoſq; fideles facilius dirigat in finem beatitudinis, ac tutius à mundi machinationibus ſe, fidelemq; ſuum populũ protegat, atq; defendat. Cũ ſit caput Eccleſiæ, cuius curam habere debet, vt de corpore ſuo &c.

D. Th. 2. 2 q. 83. ar. 6

Philoſ. 1. Ethico. & D. P. Aug.

Præterea, regnabit Deus ſuper gentes, Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuã, de qua dicitur etiã, de fructu ventris tui ponã ſuper ſedem tuam: at Dauid tẽporaliter ſedit ſuper illam ſedem, quę etiam figuratiuè figurabat Chriſti ſedem, & Apoſtolicã, ſuper quã dicũtur ſedere Sancti Apoſtoli: vt dicitur eodẽ Pſal. & filij eorum vſq; in ſæculum ſedebunt ſuper ſedem tuam; ergo Summus Pontifex, non tantũ ſpiritualiter: ſed etiam temporaliter in nomine Domini regnat, & regnabit &c. hinc optime dicebat D. Ioan. Euang. feciſti nos Deo noſter Regnum, & Sacerdotes, & regnabimus ſuper terram, ergo &c. idcirco D. Hylarius, rectè appellat Epiſcopos, Principes populorum.

Pſ. 46.
Pſ. 131.

D. Ioan. Apoc. c. 6

D. Hyar. ſup matt.

Prę-

Præterea Iacobus Philippus nr̄ Bergomen.in ſuo chronicarum ſupplemēto in principio 9.lib vbi plura ſcitu digna narrat de S.Silueſtro Papa,& de Cōſtantino magno Imper.qui,cum ab eodem D.Silueſtro per ſacrum lauacrū Sanatus eſſet à lepra;nedum ceſſit eidem ſummo Pont temporale dominium,& Imperiale palatium:ſed etiam propriam coronā auferēs proprio capiti, poſuit ſuper caput eiuſdem D. Silueſtri (vt ſuperius tactum eſt) & notādum eſt, vt dicit idem Iacobus Philippus eodē loco circa finem eiuſdem Hiſt.Iſte Imperator à Græcis relatus fuit in ſanctorum numerū,& feſtum eiuſdem celebrāt die 21.Martij,dicit inſuper eodem loco,dictum Imperatorem pedeſter per totā vrbē Rom.in ſignū maioris humilitatis,maioriſq; S. Eccleſię exaltationis,freno duxiſſe ſuū ęquū Imper. ſuper quē æquitabat ſummus Pont. D.Silueſter &c.hinc Dn̄s Iacobus noſter Valentinus verſ.& exaltabitur;ſicut vnicornis cornum meum,optimè dicit nam ſicut vnicornis,non habet,niſi vnum cornu, nec patitur ſecum ſociū in latibulo; ita tota Eccleſia non habet niſi vnū caput,& vnum Regem,qui eſt Chriſtus, qui eſt eleuatus,& exaltatus,non ſolum ſuper omnes homines: ſed etiam ſuper omnes Angelos &c. & B.Simon noſter de Caſſia loquens de ortu D. Ioannis Baptiſtæ Domini *Præcurſoris* ſuper Canticum Zachariæ verſ. erexit cornu ſalutis &c. dicit Cornua ſunt arma animalium in capitibus orta. Cornu ſignificat Regiam poteſtatem:quoniam in veteri teſtamēto,

Iac. Phil. Bergom. 9 lib.

Iacob. Valent.

Pſal. 91.

B. Simon de Caſſ l. 3 c. 1. d Rel. Chriſtian.

Digitized by Google

1. Reg. ca. 19. oleum quo vngebantur Reges ferebatur in cornu: iuxta quod dictum eſt Samueli, cum reprobatus eſſet Saul imple cornu tuum oleo &c. proinde cornu erectum in domo Dauid eſt regia Chriſti poteſtas, qui ſecundum carnem de lumbis dauid ſcriptura tradente, geonologia diligenter inſpecta, vt Matthæus & Lucas commemorant, mundo natus, apparuit, erecta eſt Chriſti Poteſtas: quoniam depreſſa erat omnis Iudæorum poteſtas; hinc ad rem etiam Michael noſter emporienſis in ſermone Dominicę Palmarũ de mente Philoſ. dicit, laudem eſſe ſermonem eluci dantem magnitudinem virtutis, & ſic laudat Chriſtum vniuerſorum Regem, etiam ad rem D. Thom. dicit ſic, Chriſtus dicitur filius ſpecialiter duorum antiquorum patruum, videlicet, Abraahæ, & Dauid quia ſpecialiter ad hos facta eſt promiſſio. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, & Pſal. de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuã &c. vnde, & Populus Iudæorum, vt Regem honorificè ſuſcipientes dixerũt, Benedictus qui venit &c. ſecũda ratio: quia Chriſtus futurꝰ erat Rex, Profeta, & Sacerdos &c. quo circa non ſolumodo Chriſtus: ſed etiam cornu ideſt Imperium, & Honor, & poteſtas Sacerdotalis Eccleſiæ eſt exaltata: ſicut vnicornis (vt dicebamus) nam ſicut tota Eccleſia toto orbe diffuſa, eſt vna: ita habet vnum caput, & vnum Summum Sucerdotẽ, qui eſt eleuatus, & exaltatus, cui omnes Chriſtiani, & omnes Reges, & Principes terræ colla ſubijciunt, & non ſolumodo Summo Pontifici: ſed etiam toti Ec-

michael empo. Philoſ 1. Ethic. D. Tho. 3. p. q 31. ar 2. in corp. Geneſ. 22. c. Pſ. 131. matt. c. 22 ſequitur Iacobus Val.

Eccleſiæ deferunt honorem, inquit idem Dominus Iacobus, qui ſupra, & hoc merito, cum Eccleſia ſit mater noſtra, quæ natura genitum gignit per gratiam (vt eſt Gloſ.) & ſequitur dictus Dominus Iacobus Valent. eodem Pſal. verſ. adhuc multiplicabuntur &c. mentionem præcisè facit de Magno Conſtantino Imperatore, diuerſimodè Eccleſiam exaltante &c. ergo Eccleſia, ſiue caput eius rectè etiã temporaliter dominari poteſt &c.

Gloſ. tit. de Priuil. c. cum de diuerſis in 6. Iacob. Val.

CAPVT SEPTIMVM.

In quo Auctor ſequit r agere de eadem materia nouas adducens rationes.

DOminus Alexius noſter Stradella Genuenſis in ſua lectura manuſcripta ſuper 4. ſẽt. de mẽte D. P. Aug. ad fratres ſuos Eremitas, vbi dicit Præſules oliuæ comparãtur per triplicem olei virtutem. nam oleum primo illuminat, ſecundo, paſcit, tertio feſſa membra fouet, quas virtutes, olei docet etiam D Gregorius: ſic, & Præſules illuminare debent verbo, paſcere exemplo, & fouere egentes temporali beneficio, quod terti m agere certè non poſsent ſine vſu, & temporali dominio. Sequitur iſte Doctor confirmando dictum ſuum, auctoritate Diui Ambroſij, vbi dicit ſic formaliter; latitudo Romani Imperij fuit præſagium, & figura Imperij Chriſti, & Eccleſiæ, &c. ita etiam

Alexius Stradella in 4. ſent. d. 19. ar. 2. D. P. Auguſt. ad Fratres Erem. ſer. 40. D. Greg. lib. 4. c. 5. in 1. Reg. c. 10. D. Ambr. l. 2. de Virg. Gent. c. 6.

Ioper. per Iſa. propb. cap 48. ver. ad orabunt &c.

tiam Refert Thadeus noſter Peruſinus, ergo ſicut Imperium Romanum temporaliter dominabatur; ita ſtante iam dicta auctoritate dominari debet Chriſtus,& eiuſdem Eccleſia &c.

B. Alex. a Sax. Fer matth. 28. pſal. 88.

Præterea B. Alexander noſter à Saxoferrato in quadam ſua antiquiſſima Concione pro feſto Sanctiſſimæ Trinitatis exponens illud Saluatoris, data eſt mihi omnis poteſtas &c. pro ſuo fundamento, accipit,& adducit illud Pſalmi,& ædificabo à generatione,in generationem ſedem tuam &c. per quam ſedem,nedum Chriſti ſedem,& ampliſſimum dominium eiuſdem,ſecundum expoſitionem D. P. Aug. intelligit,dicentis: nunc Chriſtus habet in nobis ſedem ſuam,niſi enim ſederet in nobis, non nos regeret,ſi ab illo non regeremur à nobis metipſis præcipitaremur &c. ſed etiam ſedem Apoſtolicam, quę quodammodo ædificatur à generatione in generationem ratione durationis: ipſaque non ſolum includit ſpiritualem iuriſdictionem: ſed etiam, & temporalem,dicente D. Thoma, & admittente hanc famoſiſſimam propoſitionem; quicunque poteſt,quod plus eſt, poteſt etiam,quod minus eſt quæ communiter conceditur etiam ſine aliqua limitatione à D.D. Iuriſtis: eo magis; quia ius publicum in ſacris Sacerdotibus,& Magiſtratibus conſiſtit, ergo multo magis in Summo Sacerdote,& ideo non ſine maxima ratione in prædicta auctoritate legali ponuntur Sacerdotes &c. data eſt ergo ſibi omnis poteſtas &c.

D. Th. I. 2 q 89. ar. 4 pro 2. arg & in reſp & l. nõ debet ff. de reg. iur. l. marcell. ff. de don. & Ca. mor. l. 1. § 1. ff. de iuſ. & iur.

Præ-

Præterea B. Iordanus noſter à Saxonia, ſimiliter ampliſſimè admittit vſum rerum temporalium, ac dominium temporale in Eccleſia Sancta Dei, recitans, ſiue referens acta D. Siluestri Papæ, & Conſtantini magni Imperatoris, vt habetur, *&* parum infra eodē l. & c. ſatisfacit ſatis exactè, cuidā tacite obiectioni, dicens, Sanctos Apoſtolos à Spiritu Sancto admonitos fuiſſe, ne retinerent bona ſtabilia in Eccleſia Hieruſalem: ſed venderent: quoniam breui temporis interuallo, ciuitas illa deſtruenda erat, & in Eccleſia inter gentiles ædificanda, dicta poterunt retinere, tanquam longo tempore duratura, vti decreuit D. Vrbanus Papa; ergo ſequitur idem quod ſupra *&c.*

B. Iord. à Sax. lib de vita ſuor. fratrum erem. c. 2. d. 96. cap. conſtant. & c. futurum.

Præterea Filucius noſter Piſaurenſis in ſuis ſermonibus de tēpore, accipiens illud Saluatoris, quærite ergo primum Regnum Dei &c. per orationem attendens bonis operibus, & ratione ſeruitutis fidelis, Deus dabit nobis cætera bona neceſſaria &c. mō dō ſic, Papa, cum ſit mediator inter Deum, & Populum Chriſtianum, & ſeruus ſeruorum Dei (vt pluries ſuperius relatum eſt) primum quærit Dei regnum pro se, & ſuis fidelibus: idcirco cætera bona poſſunt ſibi eſſe ſubiecta & adiecta, cum ipſa Saluator non excludat: immo includat, dicens, hęc omnīa adijcientur vobis: quare ergo nō poterit idem Summus Pontifex vti quocunque dominio temporali? quod primum tenet locum inter bona tranſitoria.

Aurelius Filucius piſaurenſis, ſer. de tem. ſer. Dom. 4. poſt pont. matth. c. 6

Præterea Ioannes Baptiſta Arrigus Florentinus ſic

Digitized by Google

Io. Bap. Arig flor. l. 4 Elem. Sac. Theol c. 26, c. 28

ſic dicit; *P*oteſtas clauium, qua cælum aperitur, & clauditur deriuata eſt à Domino Ieſu Christo habẽte clauem Dauid, hoc eſt facultatem ligandi, atque ſoluendi, & ampliſſimę iuriſdictionis auctoritatem, &c. & eodem libro, dicit, Pontifex maximus, apud quem diuina ordinatione clauium iuriſdictionis, & ordinis poteſtas plenaria reſidet &c. hoc igitur ſtante fundamento eiuſdem Doctoris de facili colligitur vtrunque dominium reſidere apud Summũ *P*ontificem; eo magis, quia de claui Dauid quæ erat etiam temporalis mentionem facit &c.

Christoph. fon lib. de Amore Diuino c 18. circa finẽ.

Prętereа Christophorus Fonſeca noſter Hiſpanus libro ſuo de amore diuino dicit de mẽte D. Hieronymi: qualiter Summus Sacerdos veteris teſtamenti repręſentabat totum mundum ſiue vniuerſũ in ſuis ſacerdotalibus veſtibus, in quarum cuculla compoſita ex quatuor telis diuerſis ſigillatim repræſentantibus quatuor elementa, quibus humero ligatum habebat lapidem vnum præcioſum ſignificantem Hemiſperij partem, in pectore autem habebat duodecim lapides præcioſos ſignificãtes duodecim Zodiaci ſigna, vel duodecim tribus Iſdrael, repræſentantes totum Iudæorum populum, & omnes gentes, & tandem in quadam lamina aurea, quam in fronte gerebat, ſcriptum habebat diuinũ, & ineffabile nomẽ Thetragmaton in ſignum, quod Deus eſt Dominus ſuper cœlum, & terram. Qua de re ſummus ille Sacerdos Antiquus, primo Deũ optimum vniuerſorum Dominum repræſentabat, nec

non,

non, & Chriſtum Redemptorem noſtrum: Secũdo autem Summũ Pontificem Chriſtianorum, eo magis: quia idem ſummus Sacerdos antiquus figurãs nouum, & Summum Pontificem, vtebatur eodem temporali dominio, vt patet actuum Apoſtolorum 9: vbi dedit Saulo, poſtea Paulo, poteſtatẽ ligandi, & perſequendi inuocantes nomẽ Domini Ieſu Chriſti &c. Confirmatur eadem ratio: quia legitur in Vita Sancti Policarpi notata, & ſcripta à D. Hieronymo, qualiter idem S. Policarpus Martyr, & diſcipulus D. Ioan. Euangel. ab eodem D. Ioan. Smirnæ ordinatus Epiſcopus, ac totius Aſiæ fuit Princeps. Ergo fuit etiam Dominus temporalis immediate poſt Apoſtolos: & ſic clarè apparet idẽ Dominium temporale in Eccleſia Sancta Dei, & antiquitas eiuſdem.

Act. Apoſtol. c. 9.

Vita S. Policar. à D. Hier. ſcripta.

Præterea, Santes noſter à Monte Regali, egregiè probat idem quod ſupra multis Sanctorum patrum auctoritatibus Summum Pontificem Romanum poſſe legittimè diſpenſare in his, quæ ſunt de iure poſitiuo: ſed id poſſe eſt ius habere ſupremum ſuper omnia alia inſtituta, quæ in tantum vigorem habent, quatenus ab ipſo confirmantur, vt patebit inferius; ergo verum dominium temporale Summus Pontifex habet ſuper omnes alios temporales dominios ab ipſo dependentes, & ſic verificatur illud quod docet idem Sanctes eodem libro ſuarum lectionum, veritas omnia vincit, & ſuperat quæcunque alia dominia &c.

Santes à monte Regali l. ſuarum lect. ſuper pſa. 50. lect. 11

Lect. 16.

L Præ-

Præterea Auguſtinus Viuius noſter Neapolitanus in ſuo veræ Sapientiæ ſtudio, docet qualiter Reges, & Imperatores recipiunt coronam à duobus Epiſcopis, qui eidem imponendo eandem coronã, dicunt, excellentem locum accipis inter mortales: ſed vndique periculis, & laboribus plenum. Ex hoc ergo fundamento clare colligitur; quomodo Imperialis, ac Regia dignitas à Sacerdotali dependet, tãquam effectus à ſua cauſa, cui rationabiliter ſubijcitur: ergo ſequitur idem quod ſupra. Hinc etiam clare patet prauitas negantium huiuſmodi dependentiam; exemplo Iuliani Apoſtatæ; de quo dicit idem Aug. Viuius in ſtudio veræ Sapiẽtiæ de mẽte Theodoretti, in bello contra perſianos, ipſum nempè Iulianum ſagitta inuiſibili percuſſum fuiſſe, ac animã infelicem agentem dixiſſe, viciſti Galileæ à quo apoſtaticè receſſerat &c.

Aug. Vidius Neapo. l. 3. c. 6

exemplum relatum ab eodem Aug. Viu. l. 1. c. 24. Theodorettus in bello cont. Perſi.

Præterea Ludouicus Beia Palleſtrellus noſter Luſitanus lib. ſuarum reſponſionum ad Conſcientię caſus congregatione habita die 23. Ianuarij 1581 in Reſponſione ad primum caſum, ſecundum Gloſ. ne Prel. vices ſuas, dicit, Prælatus iuriſdictionem temporalem vendens, ſi eam ab Eccleſia habet ſimoniam committit: eo quod talis iuriſdictio quodammodo iudicatur dependenter ſpiritualis, hoc eſt reſpectu Summi Pontificis: à quo talẽ habet dependentiam, quod etiam probat per quamplures alios doctores, quos breuitatis cauſa omittimus. Ergo hoc eodem ſtante fundamento Summus Põtifex

Ludouicus Beia ca. 2.

tifex rectè vti poteſt temporali dominio: ſicuti de facto vtitur, & idem Ludouicus eodem libro Congregatione habita die 22. Maij 1581. in Reſponſio, ne ad ſecundum Caſum conſcientiæ, cui ſatisfacit per text. in cap de Cler. vel monaſt. vel monac. li. 6. vbi dicitur, quòd licet Clericis, non liceat ſanguinis cauſas agitare, eas tamen, cum iuriſdictionem temporalem habent, debent, & poſſunt, metu irregularitatis ceſſante, aliis delegare &c. & parum infra eadẽ reſponſione, Clericus habẽs dictam iuriſdictionem temporalem, Banna facere poteſt contra Bannitos, etiam in cauſa ſanguinis, intendens ſui ſtatus tranquillitatem, & pacem &c. & parum infra circa finem eiuſdem reſponſionis dicit etiam, irregularitatem ortũ habere ex homicidio iniuſto prout Nauar. vbi reſpondet tacitè obiectioni, vt ſi quis vrgeret dicẽs, Chriſtum non aſſumpſiſſe ſecularem poteſtatem, iudicandi, ſed ſpiritualem tantum regni cœlorum, & ſi conſequenter, nec Clericum poſſe illam exercere, dicente D. Apoſt. oportere Epiſcopum ſine crimine eſſe, nec violentum, nec percuſſorem. Reſpondet itaque cum Soto lib. de Iuſt. & Iure, non aliud hoc argumento concludi, quamque poteſtas Eccleſiaſtica, qua ratione ſpiritualis eſt, non ſe extendit ad iudicia ſecularia ferenda, niſi quatenus ordinatur &c. huic tamen, non repugnat quo minus Clerici poſſint ſecularem principatum exercere per ſe ipſos, auctoritate Summi Pontificis, & per alios ab ipſo delegatos, auctoritate propria, in

Nauar. c 27. num 116.

Apoſt. 1. ad tim c 3 Sotus de iuſt. & iure q. 1. ar. 4.

ilis in terris,in quibus habet iuriſdictionem laycalem, & auctoritatem D. Apoſtoli præallegatam, dicit, eſſe intelligendam ſic. Ne Sacerdotes ſint occiſores, vt perſonæ priuatæ publico munere non fungentes. Sed vt publicę perſonæ poſſunt, exercere etiam iudicia ſanguinis &c. clarè itaque docet idem Doctor dum temporale Dominium Eccleſiaſticũ, & papale.

Dominus Egid. Viterb. 1. ſēt. d. 1. q. 1 § 23. finē omnium &c.

Præterea Dominus Egidius noſter Viterbienſis, S.R.E. Cardinalis de mente Platonis agens de obiecto vſus, dicit, vti nobis licet omnibus alijs citra Deum, vt per ea tendamus in ipſum, &c. parum infra eodem loco, dicit, alijs itaq; vtimur in finem omnium ducentibus. quocirca ex hac veriſſima eiuſdẽ doctoris ſententia, de facili colligitur, quomodo Summo Pontifici Romano liceat vti temporali dominio &c.

Greg. Elpar. 1. ſēt. d. 1 q. 2. articulo 1. D. P. Aug. 12 de trin. c. 14.

Præterea Dominus Gregorius noſter Elparenſis S. R. E. Cardinalis in ſuo ſcripto Maceratæ collecto dum erat in Maceratenſi Gymnaſio Publicus Lector, fundamentaliter, dicit de mente D. P. Aug. ſine ſcientia quippè, nec virtutes ipſæ, quibus rectè viuitur, poſſunt haberi, per quas hæc vita miſera, ſic gubernatur, vt ad illam, quæ verè beata eſt, perueniatur eternam, diſtat tamen ab æternorum contẽplatione actio, qua bene temporalibus vtimur rebus, & illa ſapientia &c. licitum ergo eſſe vſum rerum temporalium, ac etiam dominium ſufficienter probat, auctoritate præallegata.

Præ-

Prætęrea Dominus Angelus Roccha à Camerino in præfatione sup Pſal. 2. ver. *Poſtula à me,& dabo tibi gentes in hæreditatem tuam,* multiſq; alijs vtitur propoſitionibus ſcripturalibus ad idem probandũ: ergo ſimiliter Papa quatenus fungitur Chriſti munere & uice &c. & idem in Bibliotheca Vaticana cap. de vera Conſtantini donatione ſeu reſtitut. cum omnia ſint Domini Dei Pſal. Domini eſt terra & plenitudo eius &c. vnde merito Conſtant. Magn. Imperat. Papę Chriſti Vicario reddidit, & reddere debuit eiuſq; ſucceſſoribus immediatam rerum temporalium adminiſtrationem cum D. Apoſt. dicat, iudicia ſecularia ſi habueritis: contemptibiles qui ſunt in Eccleſia illos conſtituite ad iudicandum, ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum? ſed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infedeles? &c & parum ſupra dicit an neſcitis: quoniam Sancti de mundo iudicabunt? &c. & ſic concludit poteſtatem iuriſdictionis tam temporalium, quam ſpiritualium immediatam eſſe in ſolo Papa, qui habet eam immediate ab ipſo Deo &c.

Dominus Angelus à Camerino lib. de Poteſt. ſpirituali, ac tẽporali Roman. Pont. in Epiſt. de rinata.

Pſal. 23.

D. Apoſt. 1. ad Cor. c. 6.

C A-

CAPVT OCTAVVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia, nouas adducens rationes.

Onoph. Panui. li. ſuo de Primatu petri et ſedis Apoſtolicæ poteſtate p. 1. c. 4

DOminus Onophrius noſter Panuinus Veronenſis clare probat, Sacerdotes maiorem habere poteſtatem, quam Principes terreni: quia Saluator, Pater omne iudicium dedit filio; quod etiam Sacerdotibus cõmiſſum eſt. Ergo multo magis Papę Summo Sacerdoti. Hinc meritò Aloyſius noſter Leginonenſis in Canticis Cât. apertè docet qualiter, munus *Prælatorum* eſt vitam, moreſque hominum gubernare, atque corrigere. Vnde cum vita noſtra ſit temporalis, & temporaliter per temporalia conſeruetur, ergo eiuſdem gubernatio, & correctio præcipuè ad Prȩlatos, Prælatorũque ſummum pertinet.

matth. 16. & 18.

Aloyſius leginon. in Cant. Cât. c. 3.

Præterea Alexãder noſter à Santo Elpidio, idem ſufficienter docet, ac probat, dicens, Sanctam Eccleſiam perfectè debere poni vnam, non ſolum vnitatè formali, per fidem, ſpem, & charitatem, ſeu vnitate finis: quia ad vnum finem ordinat: ſed etiam vnitate dirigntis, & regulantis, quod etiam non poſſet, niſi haberet vnum vniuerſalem vicarium, qui teneat vniuerſalem, & plenam, ac immediatam à Domino principali, ſiue à ſuperiori poteſtatem; nullus autẽ eſt ſuperior eidem, niſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui Eccleſiam ſuam, ædificauit. nam ſi hãc poteſta-

Alex. à S. Elpidio li. de poteſt. Ezech. c. 4

teſta-

teſtatem haberet mediante alio; cum ipſe non eſſet primus,& vniuerſalis Vicarius,ergo &c.& idem parum infra de mente D.Cyrilli,dedit filius Petro pleniſſimam poteſtatem,*&* eius ſucceſſoribus non minus,& de mente S.Io.Chriſoſtomi exponentis illud Saluatoris, tibi dabo claues Regni cœlorum *&c.* ſicut à patre Chriſtus ad ſalutem omnium mittitur cum poteſtate plena ſuper omnes,quod nulli hominum credimus eſſe conceſſum, ſic eiuſdem Chriſti Vicarius mittitur &c.ergo idem quod prius. Idem Alexander eodem tractatu clare oſtendit, qualiter poteſtas temporalis prçexiſtit in ſpirituali, ſicut virtus inferior ſub ſuperiori &c. quia quicunque ſunt ſub poteſtate temporali, ſunt etiam ſub ſpirituale: ſed non è conuerſo &c. & idem infra apertè docet, qualiter quilibet Rex, cuiuſcunque conditionis, & ſtatus ſubditus eſt, *&* eſſe debet Summo Pontifici Romano: quia pro tanto homo dicitur Dominus rerum:quia eiſdem vti ur,vel quia vtendi eisdem poteſtatem habet &c. & de mente D. P.Aug.de iure diuino omnia ſunt iuſtorum; Deo autem ſubditur, qui ſubiectus eſt Dei Vicario ergo idem quod ſupra.

D. Cyrill. lib.theſau. *D.Criſoſt.* *cap.4.* *c.9. dicti tract.*

Prçterea B. Aug. Romanus ordinis noſtri aſsignat quatuor dignitates D.Petri, inter quas eſt dignitas capitis,cum fuerit caput non ſolùm Apoſtolorum Collegii;ſed etiam totius Eccleſiæ militantis dicente Domino,tu vocaberis Cepha &c. prima autem harum dicitur dignitas excellentiæ ſecunda

B. Aug. Rom. in Epiſt. ad Galat.c.1

paſto.

Paſtoris, tertia Vicariatus Chriſti, quarta fundamenti Eccleſiæ; ergo opportet, per primam dignitatem excellere quoſcunque alios, etiam quantum ad temporale Regimen. Hinc idem B. Aug. parum infra eodem loco dicit, non enim membra ſunt ſuper caput: ſed è conuerſo, ſcilicet, caput ſuper membra, Regens, & dirigens eadem, ergo ſequitur idem quod ſupra.

Franc. à Xp̃o lib. ſuarũ narrat. mirabilium diui. verb. incarnati q. 5. Pſal. 71. Apoc. 1. cap. Luc. cap. 1 Hippolit.

Prǽterea Franciſcus noſter multis modis demonſtrat Chriſtum eſſe verum Regem, & Monarcham totius orbis, dominabitur à mari vſq; à mare &c. & Apoc. de eodem Chriſto dicitur, qui eſt princeps regum terræ &c. & Luc. dabit ille Dominus ſedem Dauid patris eius, & gloſat illud ſaluatoris, Regnum meum non eſt de hoc mundo, ſcilicet per electionē, nō populi, aut iure hǽreditario ſuſceptum more humano; Sed à Deo conceſſum &c. ergo Summo Pontifici Domini noſtri Ieſu Chriſti principali Vicario non repugnat quin temporaliter pro eodem Chriſto regnet &c.

Fabb. fer. 3. 3. Dom. D. P. Aug. lib. foli. c. 21.

Prǽterea Dominus Hyppolitus noſter Fabranus Rauennas in ſuis ſermonibus quadrageſimalibus manu ſcriptis feria tertia, tertiæ Dominicæ ſuper illud Saluatoris, ſi Eccleſiam non audierit, &c. manifeſtè docet, idem quod ſupra, nempè Eccleſiā, vnà cum capite audiendam eſſe in vtroq; foro: cum licitè vtrumque exerceat, & rectè exercere valeat, dicente D. P. Aug. Vbi de bonis præſentis vitæ expreſſus ſermo habetur, magna, & innumerabilia

ſunt

ſunt opera tua domine, Rex cœlorum: cum enim hæc omnia valde bona, & delectabilia, quę tu bonis pariterq; malis communia tradidiſti: qualia ſunt illa, quæ ſolis bonis recondidiſti? Vnde cum Prælati omnes, *&* præcipuè Summus Pontifex propter optimum finem vtatur temporali poteſtate, quæ dicenda eſt bona, cum à Summo bono procedat, & bonis temporalibus vtatur *&c.* Nec obſtat, quod Chriſtus fuerit pauper: quia idem D.P. Aug. Chriſtus pauper factus eſt, cum diues eſſet vt ipſius paupertate nos ditaremur &c. *D.P. Aug. de temp. ſerm. 72.*

Præterea Iacobus noſter Corritanus in ſuis ſermonibus Quadrageſimæ exponens illud Saluatoris. Si te non audierit dic Eccleſiæ, quæ in omnibus ſupremum habet ius probat auctoritate. D.P. Aug. dicentis, ſicut Craſſitudo terræ c. & reſumentis illud Pſal. 112. de ſtercore c. Ecce quod nobile, & præcipuum eſt in mundo, Impetator venit Româ, quo feſtinat? ad templum Imperatoris, an ad memoriam Piſcatoris? &c. én ergo qualiter Imperator, vt quod nobile, *&* præcipuum in muudo agnoſcit, & recognoſcit Summũ ius Eccleſiaſticum, de quo iure Eccleſiaſtico idem D. P. Aug. clarè loquitur, & mentionem facit de iudicio Eccleſiaſtico, quo ad lites ſecularium rerum terminantur, & finiuntur. *Iacob. Corrit ſer. 3. Dom 3 D P Aug. ſuper 1 ſa. 140 Ver. de ſtercore D P. Aug. Hom 40.*

Præterea Ioannes Maria noſter Concordienſis in ſuis ſermonibus Quadrageſimæ, idem egre- *Ioan mar. Conc. ſer. 3.3 Dom.*

giè demonſtrat auctoritate, D. Ioan. Criſoſt. Ecce reliquimus omnia &c. qui enim ipſorum cœlorum claues ſuſcepit, quanto magis de cæteris, quæ in cęlo ratione continentiæ ſunt, vt dicitur in principio quarti Phyſicorum: ergo ſequitur idem quod ſupra.

marcus Bonon. ſer. 3. 3. Dō. vbi ſupra. D.P.Aug. ſer. de tēp. ſer. 3. dom. Reſurrect. matt. c. 22 D.P. Aug. in Pſ. 103. Conc. 43. p. Pſal.

Præterea Marcus Lanzonius noſter Bononienſis in ſuis ſermonibus Quadrageſimæ, idem doctiſſimè oſtendit auctoritate, D. *P.* Aug. dicentis in homine carnali tota regula intelligendi, eſt conſuetudo cernendi, quod ſolent videre, credent: ſed totus mundus cernit, ac videt ex conſuetudine diuturna Summum Pontificem vti dominio temporali; ergo totus mundus, etiam carnalis credere debet ipſum Summum Pontificem licitè poſſe vti iam dicto temporali dominio &c. nec obſtat dictum Saluatoris, Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, quoniam idem D P. Aug. gloſat ſic, Homines ergo reddentes Domino, quę Dei ſunt, ſi Cæſari reddunt, quę Cæſaris ſunt, ideſt reddentes Cæſari imaginem ſuam, & reddentes Deo imaginem ſuam; erigunt ipſam mentē ſuam, non ad ſe: ſed ad artificem ſuum, & *P*ſal. 4. Verſ. ſignatum, &c. gloſat ſimiliter, tanquam ſi Saluator diceret, quemadmodum Cęſar à vobis exigit imaginem, ſiuè impreſſionem imaginis ſuæ ſic, & Deus.

Bart. Vrb. in millelo. D.P. Aug. in ep. 160.

Præterea Dominus Bartholomeus noſter Vrbinas in milleloquio D.P. Aug. Verb. Papa de mente eiuſdem in Epiſt. ſua 162. dicentis, in Eccleſia Romana ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit *P*rincipatus,

patus, & eidē ſubiicitur Imperium, & ideo in Epiſtola: *Videris Imperij nobiliſſimi eminentiſſimum culmen ad ſepulchrum piſcatoris Petri, ſummiſſo diademate ſupplicare.* Hinc ad rem noſtram facit, id quod dicit D. Thom. ſpiritualia ſunt temporalibus præferenda, vt neceſſaria, non neceſſarijs, ſine aliqua exceptione; ergo dominium Papæ, etiā temporale præcedere debet quodcunq; aliud; eo magis, quia dicit idem Bartholomeus noſter Vrbinenſis in milleloquio S. Amb. verb. Imperator, de mente eiuſdem D. Ambroſij. *Imperator eſt filius Eccleſię, non autem Dominus &c.* & eodem libro, *Imperium à Sacerdotio proceſſit, & non è contrario. &c.* ergo Dominium Papale etiam temporale eſt radix, & origo cuiuſcunque alterius.

Epiſt. 42. ad Madrauenſes. D. Th. 2. 2. q. 147. art. 4. & 3. arg. quod etiā in reſpon. admittit.

D. Amb. l. 5. Epi. ſuarum cont. Auxentiū. Epiſt. 33.

Præterea B. Thom. noſter de Villanoua Hiſpanus. expreſsè docet, ſedem Petri Eccleſiam Romanam eſſe caput orbis, & notanter dicit *orbis, & non Eccleſiarum*: vt ſignificet etiam eiuſdem ſedis temporale dominium, & idem eodem lib. de mente D. Ambroſij, exponentis illud D. Apoſt. ad Philipp. c. 2. *humiliauit ſemetipſum &c. multa Domine feceras pro me, & non genuflexi: feciſti me, feciſti mundum pro me, Dominum orbis me conſtituiſti, & nō genuflectentes adoraui &c* ergo Papa per iam dicta eſt Dominus orbis &c.

B. Tho. de Villanoua l. 1. ſuarū Conc. Cōc. de Nat B. ſemp. V. Mariæ circa mediū. Dom. 1 ad u. n Conc. 3 circa medium.

Præterea Petrus noſter de Valle Ramę Hiſpanus in exercitio ſuo, exponens illud Matth. *Ecce Rex tuus &c.* accipit illud *Iſa. 17 Emitte Domine agnū*

petrus Valle Ramæ Dom. pal.

Matth 21
Pſal. 44.

michael ſolon lib. de Iuſt & Iure q 67. art. 1. cõt. reuer. 2. q. 5 art. 7. conc. 2. ad 1. inſtant.

D. P. Aug. lib. ſer. de tẽp. ſerm. 67.

philoſoph. 2. Phyſic. tex. 38.

D. Tho. 3. p. q. 56. ar. 1. in corp.

philoſoph. 2. meta.

Exemplũ Amb. Staibanus Tarentinus i tẽp. Erem.

Dominatorem terræ &c. vbi colligit, qualiter Chriſtus eſt Rex, & Dominus verus cœli, & terræ, & parum infra, adducit illud Pſal. ſedes tua Deus in ſęculum, ſæculi, Virga directionis, virga regni tui, & c. iſta ſedes verificari poteſt, etiam de Petri ſede quæ dicitur Chriſti ſedes, de qua Michael noſter Solon apertè docet qualiter omnes cauſæ, etiam in temporalibus ſunt reducibiles ad Petri ſedem, cui ſubeſt omnis ſæcularis poteſtas, vt idem clarè colligit eodem lib. cui adheret id, quod docet D. P. Auguſt. quicquid non licet; paſtoris eſt prohibere, ne fiat, plebis autem eſt audire, ne faciat. Huic etiam accedit dictum Philos.; in omnibus quærenda eſt ſumma cauſa &c. quæ ſumma cauſa in hoc ſæculo dicenda eſt ſumma poteſtas Summi Pontificis, iuxta illud D. Thom. de mente Philoſophi; primum in quolibet genere eſt cauſa omnium quæ ſunt in eodem genere &c. Sed Pontificia Potentia in genere potentiarum humanarum eſt prima, vt millies probatum eſt. ergo eſt cauſa cæterarum, quod etiam probatur exemplo Theodoſij Imperatoris, qui, (vt refert Ambroſius noſter Staibanus Tarentinus in ſuo Templo Eremitano tractatu de Vita S. P. Auguſt.) ſcripſit eidem D. P. Auguſtino, Rogans eum, vt intereſſe vellet Concilio Epheſino, vt vnà cum cæteris Patribus, ibidem determinaretur, quid credendum, & quid ſequendum; vbi Imperator ſe dicit inferiorem reſpectu eorundem ſanctorum Patrum, &

ite-

Digitized by Google

iterum idem comprobatur, quia Commentator de mente Philoſoph. dicit, Conſuetudo eſt maxima cauſa impediens à pluribus rebus per ſe manifeſtis &c. At conſuetudo eſt ſatis diuturna, omnes dignitates humanas ſubeſſe Pontificis dignitati, vt experientia, (quæ eſt rerũ magiſtra) docet. ergo &c. *Comment. 2. Pla. poſt expoſi. vlt. tex. Philoſoph. 2. met. Philoſoph. in proem. met.*

Pręterea Iacobus noſter Veldius in ſuis tabulis, dicit, Deus Pater miſit Dominum Ieſum Chriſtum in hunc mundum: vt eſſet Rex, & Sacerdos, &c. ita ipſe miſit Apoſtolos ſuos cum plenitudine poteſtatis &c. quorum loco ſunt primo ipſi Summi Pontifices. ergo iam dictum habent dominiũ &c. Hinc D. Petrus, dixit, Vos autẽ genus electum, regale Sacerdotium, gens ſancta &c. ergo idem quod ſupra. *Iacob. Veldius in ſuis tab. Dom. 4. Quadrag. noti 2 D. Pet. Ep. 1. c. 2.*

Præterea prima parte Decretorũ, ratio ſana pręfertur, conſtitutiones verò principum Eccleſiaſticis Conſtitutionibus, non pręeminent: ſed obſequuntur. Lex Imperatorum Eccleſiaſtica iura diſſoluere non poteſt &c. & capite lege in Eccleſiaſticis cauſis regia voluntas ſacerdotibus eſt poſtponenda &c. ergo clarè ſequitur idem quod ſupra. *d. 10. c. exemplaris.*

Pręterea R. D. Bartholomeus Githeus Tallamellenſis in ſuo libello ad Rempubl. Venetam manu ſcripto de mente Silueſtri Verbo Eccleſia 1. §. 1. ſatis diffusè docet, Summum Pontificem eſſe ſupremum caput Eccleſiæ, ac Principem vniuerſalem, omnibus ſuperiorem, nemini inferiorem, vel æqualem, veluti primam petram totum edificium ſuſtinentem, habentem plenam poteſta- *Bart. Tala mell in ſuo lib. ad Rep. Venet. c. 2*

tem

tem in omnibus locis, & temporalibus &c. & idem
Reſponſ.8 Dominus Bartholomeus eodem lib. de mente D.
D.Th.3.p. Thom. cuicunq; committitur principale, commit-
q.59.art.4 titur, & acceſſorium, quod dictum eſt etiam legale;
vnde Summo Pontifici cum commiſſa ſit principalis cura animarum ergo, & cura temporalis.

Præterea B. Egidius Rom. Quicquid virtutis habet agens inferius, habet ab agente ſuperiori; *&* idem B. Egidius, opportet ordinem eſſe in entibus, ita quod agentes inferiores agunt in virtute ſuperiorum, & non eſt maior potentia in agente ſuperiori, & inferiori ſimul, quam in ſuperiori ſolum. vnde non eſt maior potentia in fabro, & malleo ſimul, quam in fabro ſolum: quia tota potentia mallei eſt à fabro *&*c. ita à pari tota potentia Summi Pontificis eſt à Summo celeſti agente Domino Ieſu Chriſto, tanquam ab agente ſuperiori, de quo agente ſuperiori, *&* inferiori Paulus noſter Venetus, dicit, omnis operatio, reperta in poſteriori actiuè, reperitur etiam in ſuperiori actiuè, nõ autem paſſiuè; ergo cum tales ſint Deus, & Summus Pontifex: ita ſe habebunt, ſicut dictum eſt, & ſic totum dominiũ *Papę* ſibi à Deo communicatum eſt. Vnde cũ Summus Pontifex iuxta illud Saluatoris, primum quęrite Regnum Dei, *&* iuſtitiam eius, & hæc omnia addijciẽtur vobis &c. cũ ergo idem Summus Pontifex primum quærat idem Regnum Dei, conſequenter ſibi additur idem Dominiũ vt ſupra.

B. Egid. Rõ. 1. ſẽt. Prol. art. 7 in corp. Via. 2 etc. 1. ſent. d. 8 q. 1. art. 1 in corp.

Paul. Ven. li. 3 de aĩa tex. 78. 2. Reſp. Matth. 6.

CA-

CAPVT NONVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia nouas adducens rationes.

BEatus Egidius noſter Romanus, dicit, Principatus, vt eſt quidam ordo ſemper eſt bonus, & ſemper eſt à bono: ſed quantum ad adeptionem eiuſdem, vel vſum poteſt eſſe bonus, vel malus. nam cum quis bene eum adipiſcitur, ac eodem vtitur, bonus eſt: ſed ſi male adipiſcitur, & vtitur, malus eſt. Aurum enim eſt bonum, cum quis rectè per proprios labores lucratur, ac rectè vtitur, malũ autem cum furtiuè rapit illud, ac eodem abutitur, &c. omnibus enim (exceptis virtutibus) poſſumus bene vel male vti &c. modo ſic ſed Summus Põtifex, atque cæteri Paſtores Catholici, bene adipiſcuntur ſuos Principatus, tam ſpirituales, quam temporales, cum adipiſcantur eoſdem Principatus, Spiritu Sancto fauente, ac diuina prouidentia (vt ſuperius probatum eſt, ergo eiſdem Principatibus licitè poterunt vti tanquam bonis, à Deo bono; immo optimo acceptis. *B. Egid. Rom. 2 ſent. diſt. 44. q. 1 art. 2 i cor.*

Præterea idem B. Egidius Rom. eodem 2. ſent. eadem diſt. dicit, tres ſunt effectus principales Principatus, vel Prælationis. *P*rimus eſt ſubditos dirigere, & docere quomodo in actibus ſuis dirigantur. Secundus eſt eoſdem defendere, ne ab alijs oppriman- *q. 2. art. 3. circa fine corp. art.*

tur;

tur; tertius eſt eoſdem punire, vt à ſuis exceſſibus corrigantur. Poteſt addi quartus effectus ad mentẽ
d a3. q. 2. art. 3 ad 5 argum. eiuſdem B. Egidij Romani eodem 2. ſent. de mente *Philoſophi*, oportet Dominum ſcire præcipere
Phil. 3. Polit. c. 7. quæ opportet ſeruum facere &c. Sed hæc omnia verè conueniunt Summo Pontifici, ac realiter in ipſo reperiuntur; ergo verè, ac realiter poteſt vti princi-
diſt. 9. q. 1. art. 1. in corp. patu, etiam temporali, minor de ſe patet; tamen pro maiori claritate probatur, fundamento eiuſdem B.
D. Apoſt. ad heb. c. 5 Egid. Rom. eodem 2. ſent. ſibi habet, ac docet ſic. Tria ſunt neceſſaria Prælato, vel in Prælato. primò potentia, 2. ſcientia, 3. actio, vt ordinatè poſſit, ſciat, & agat ſine negligẽtia, exponẽs illud D. Apoſt. nemo aſſumat ſibi honorem: niſi, qui vocatur à Deo tamquam Aaron: tria iam dicta exactè, & complete ſummo conueniunt Pontifici, ergo &c. Immo additur ad mentem eiuſdem B Egid. eodem 2. ſent.
diſt. 6. q. 1 art. 3. fundamentaliter ſecundo fundamento; in tantum dicitur aliquis Rex eſſe, in quantum ſua voluntate, & imperio ſubiectos mouet, &c. ita agere poteſt Summus Pontifex, ergo ſequitur idem quod ſupra.

diſt. 1. p. 2 q 1. art. 4. ad 5 arg. Præterea idem B. Egidius Rom. eodem 2. ſent. dicit, propter ordinem perfectionis quodlibet inferius eſt propter ſuum ſuperius &c. & ſicut non ſunt duo numeri æquales, æqualiter diſtantes, ab eadem vnitate; ſic non ſunt duæ ſpecies æqualiter diſtantes à Deo: ſed ſemper vna eſt perfectior altera, & ſecundum ordinem perfectionis eſt media inter Deũ,

&

& aliam imperfectam, & ſecundum hunc ordinem ſemper imperfecta tendit in Deum mediante perfecta: ſed quęcunq; humana dignitas; ſeù poteſtas comparata ad pontificiam dignitatem, ſeù poteſtatem, eſt, vt ſpecies imperfecta comparata ad perfectam, (vt aliàs probatũ eſt) &c. ergo iſtæ duæ dignitates, tanquam numeri, *&* ſpecies ideſt formæ, non æqualiter diſtant ab vnitate diuina, & ſic plus diſtat minus perfecta, quam plus perfecta, per quam imperfecta gubernari ac regi, & in Deum tendere debet. Ergo conſequenter ſequitur idẽ quod ſupra, videlicet omnes humanas, ſeù temporales dignitates; vel poteſtates, neceſſariò gubernari, ac regulari, à *P*ontificia dignitate, tanquam à perfectiori, cum omne inferius ſit propter ſuum ſuperius, vt dictum eſt &c.

Prætèrea poſtremo, & vltimo loco licebit etiam nobis ad mentem propriam idem probare, *&* ſic ad mentem D. P. Auguſt. dicentis, Imperatores *P*iſcatoribus ſubditos eſſe; dicimus, ſicut & ipſe dicit auctòritate D. Apoſtol. Infirmà mundi elegit Deùs, vt confundat fortia, *&c.* *&* auctoritate D. Thom. dicentis expreſsè, poteſtas ſæcularis ſubdita eſt ſpirituali; ſicut corpus ſubditum eſt animæ, & ideo non eſt vſurpatum iudicium; ſi ſpiritualis *P*rælatus ſe intromittat de temporalibus &c. *&* auctoritate Domini Iacobi noſtri Valentini ad rem dicentis: quia Eccleſia non ſolum poſſidet ſpiritualiter omnia regna Chriſtianorum: ſed etiam temporaliter &c. *&*

Doctrina Autoris, ſeu probatio

D. P. Aug. in Pſal 65 verſ. date gloriã laudi eius etc.

D. Apoſt. 1. Cor c. 1.

D Th 2. 2. q 60. art 6 ad 3. arg.

N idem

Dominus Iacob. Valent Pſal. 104 Ver. & dedit illis regiones gentiũ &c. Pſal. 106. Ver & exaltet eũ in Eccleſia pleb. Philoſ. 8. met. tex. 10 Eccleſiaſt. 7. c. D. P. Aug. Pſal 121. Ver rogate quæ etc. D. Apoſt. 1. ad Cor. c. 9 B. Egid. Rom 1 sēt. d. 7. art. 3. D. P. Aug. 3 de Trin. cap. 4.

idem Dominus Iacobus idē docet auctoritate Philoſophi formæ namq; ſunt ſicut numeri; ſed duo numeri nō poſſunt eſſe pares: quia vnus ſemper eſt ſuperior alteri; Ergo ita ſe habet inter dignitatum formas, interquas (nulli dubium eſt) Pontificiam eſſe ſupremam &c. Ergo idem quod prius &c eo magis, quia ſapiens ille Salomon, dicit, vtilior eſt ſapientia, cum diuitijs, & magis prodeſt videntibus ſolē: ſicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia. ergo cum Papa ſit ſapiens, debet etiam eſſe diues, vt facilius se, & ſubditos protegat, &c. & auctoritate D. P. Aug. de mente D. Apoſt. ſi nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi veſtra carnalia metamus &c. Qua de re B. Egid. Rom. de mente eiusdem *D.* P. Aug. dicit, diuina voluntas eſt cauſſa ſuprema omnium, & nihil agitur in aula Summi Imperatoris quod nō iubeatur, aut permittatur, & diſt. 8. eiusdem lib. art. 2. ſic etiam dicit, Deus eſt eſſe omnium cauſaliter &c. Dominium ergo Papale, vel eſt iuſſum, à Deo, vel permiſſum, & ſic cauſaliter tale dominium immediatè ab ipſo dependet &c.

D. P. Aug. in Pſal 91 Verſ. 1.

Præterea dicimus etiam de mente eiuſdem D. P. Aug. nemo præſentia bona ſperet, nemo ſibi promittat fœlicitatem mundi: quia Chriſtianus eſt; ſed vtatur fęlicitate præſenti, vt poteſt, quomodo poteſt, quando poteſt, quantum poteſt, cum adeſt, conſolationi Dei gratias agat, & cum deeſt, iuſtitia Dei, gratias agat. ergo cum Papa ſit Chriſtianorum primus, & merito *P*rinceps, legitimè poteſt vti fœlici-

tate

tate terreni regni, omnibus prædictis modis eo magis: quia idem Summus Pontifex à ſolo Deo recognoſcere debet prædictum tale dominium, tam ſpirituale, quam etiam temporale; quemadmodum conſtanter aſſerit B. Aug. noſter Anconitanus fundamentaliter, à maiori ad minus &c. Cum ergo immediatè Summus Pontifex à Deo recognoſcat ſpirituale dominium, tanquam maius, ergo, *&* temporale tanquam minus; ſicq; tandem concludimus præſens caput, ad mentem eiuſdem B. Aug. Anconitani eodem libro de poteſt Eccleſiaſt. dicentis ſic. Quicunque ergo non dubitat Papam eſſe verum Christi Vicarium, dubitare non debet eiuſdem dignitatem excellere omnem terrenam dignitatem, imperialem, & Regalem &c.

B. Aug. An con. lib de pot Eccle. q. 36. art 3 q 36 art. 5 in cörpore

CAPVT DECIMVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia nouas adducens rationes.

Diuus Apoſtolus, omnia illis in figuris contingebant &c. & D. P. Aug omnis prophetia eſt imago futurorum. His autem iactis, ac poſitis fundamentis, ſequitur, quod ſedes, de qua D Propheta Dauid pluries ſermonem habet, ſit figura Apoſtolicæ ſedis. dicit. itaque primo ſedes tua in ſeculum, ſæculi *&c.* & ſecundo ædificabo in generationem, *&* generationem ſedem, tuam de qua ſede

1 Cor. c. 10 ſuper Pſa. 131 verſ. Ecce audiuimus. Pſ. 44.

Pſal.88. eodem loco D. *P.* Auguſtinus, dicit, nunc D. Ieſus Chriſtus in nobis habet ſedem ſuam, ædificata eſt ſedes in nobis: niſi enim ſederet in nobis, non nos regeret: ſi ab illo non regeremur, à nobis ipſis præcipitaremur verſ. ſicut Sol thronus &c. membra noſtra ſedes ſunt capitis noſtri &c. caput autem noſtrum Papa ergo &c. ſedet ergo in nobis, regnans in nobis, &c. eadem diuina regiaq; ſeſſio præuiſa fuit à D. Regio Propheta dicente, de fructu ventris tui *Pſal.131.* ponam ſuper ſedem tuam. regnum itaq; Chriſti ſignificatur per ſedem ſuam. hoc autem nedum eſt ſpirituale: verum etiam temporale: quia idem D. Pater Aug. ſederunt ſuper cathedram Moyſis, &c. cathed. a Moyſis figuratiue eſt cathedra Chriſti: Moy-*lib 2. contra p tilia* ſes autem regnauit temporaliter. ergo, & Chriſtus. *num c 42.* idcirco eidem D. Ieſu Chriſto primo & principaliter *ex redemptione Mat.* ſedes regia rationabiliter conuenit. de hac autem ſe-*c.23.* de Spiritus Sanctus dicit parata ſedes tua Deus ex tunc &c. ſedet Deus ſuper ſedem ſ. ſuam vnde ad rē, *Pſal 92. et* ſicut ſedes Moyſis dicitur ſedes Chriſti: ita, & for-*Pſal. 46.* tius in hoc ſæculo Apoſtolica ſedes dicitur Chriſti ſedes ratione inſtitutionis, & dependentię ab eodem Domino Ieſu Chriſto. cuius ſedes habet conditiones traditas *P*ſal. iuſtitia, & iudicium correctio ſedis. hinc Pſal.88. & Thronus eius ſicut dies cœli: ratione claritatis iudicialis. ob id eodem Pſal ſequitur & Thronus ſicut Sol. ſic, & ſedes Apoſtolica iuſti-*Pſalm. 96. Pſal.88.* tia, & iudicium properatio ſedis ſuæ, ſuo modo iuſtitiam, & iudicium. exercet tam in Spiritualibus,

quam

quam in temporalibus. quo circa contra aduerſariorum ſedem, eodem Pſal. dicitur deſtruxiſti eũ ab emundatione: & ſedẽ eius in terrã colliſiſti &c. quãobrẽ dicitur exaltent eũ in Eccl. plebis, & in cadra ſeniorum laudent eum, & filij eorum vſque in ſæculum ſedebunt ſuper ſedem tuam &c. de hac tandẽ ſede Apoſtolica de facili verificatur illud Ciceronis lib. 12. famil. epiſt. 25. ad cornificium cui, dicit conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim, vna nauis eſt iam bonorum omnium quam quidem nos damus operam, vt rectam teneamus, vtinam proſpero curſu: ſed quicunque venti erunt, ars noſtra non aberit, quòd enim præſtare aliud virtus poteſt? nauis mater omnium bonorum certe, & merito quidẽ S. Mr. Eccleſia Catholica cuius caput ſedes Apoſtolica, quæ optime per nauem ſignificatur. Nam etiam Nauis pro ſede Nautæ ſeruit: ſic, & Petri nauis ideſt Eccleſia militans ſuper quam ſedet Petrus per ſucceſſores ſuos, eamdem gubernando, & regẽdo virga directionis, virga regni tui D. P. Aug ſedere, & docere ad dignitatem magiſtris pertinet. ita &c.

pſal. 106.

Cic. lib 12 fam. ep. 12

pſal ſup math. c. 2. pſ. 103 & 92.

Mare huius ſcilicet nauis, hic mundus. hoc mare magnũ, & ſpatioſum, & mirabiles elationes maris &c. contrariorum ventorum ab inimicis infidelibus, hereticis, & Sciſmaticis præcedentium. contra quorum impetus, vt Cicero dicebat, ars noſtra (nempe pontificij regiminis) non aberit, durante ſæculo,

matt. c. 28

ac

ac dicente Saluatore ero vobiſcum vſque ad conſummationem ſæculi &c. qua in re, ad rem, Alphonſus noſter de vera cruce Hiſpanus in primaria cathedra maximæ vniuerſitatis Sacræ Theologiæ doctor, in ſpeculo ſuo coniugiorum. Optime dicit. Summus

2 par. ſpeculi ar. 21 & 3 parte ſpeculi ar. 2. 3. notando. Pontifex maiorem à Deo habet poteſtatem quam quicunque hominum &c, plenam habet poteſtatem à Chriſto &c. de mente Philoſophi 1. eth. c. 1. ſicut artis, quæ circa finem, eſt dirigere artes inferiores, quæ circa media. Sic & humana Eccleſia ſuprema ars, circa finem, poterit dirigere ſæcularem, & corrigere, ſi opus fuerit. Eo modo, quo anima corpus gubernat.

Ioannes de S Geminiano ordin. Prædicatorum

lib 8. c. 60. ſummæ de exemplis ex profeſſo, & expreſsè tenet Summum Pontificem vtranq. habere poteſtatem ſpiritualem, & temporalem; ſic probans. Nam Papa vtrunq. habet gladium; Vnde, & Reges depo-

21 di c 1. 63 di tibi à Domino nit, & non ſolum Regem conſtituit imò transfert, imò etiam Imperatorem electum Papa habet approbare, electionem approbare, vel infirmare, & ipſum confirmatum etiam conſecrare. Et hæc omnia pro-

15. q 6. ali' etc. nos ſanctorum &c. iuratorũ ideſt q. 5. quia præſulat' 96. d. duo ſunt. bantur in prædicta Decretali, venerabilem. Ipſe etiã Papa Imperatorem deponere poteſt. Si enim Zacarias Papa Regem Francorum, qui à Romano Populo Coronam non recepit, nec per eum examinatur nec comprobatur ab eo, vel reprobatur, non tam pro ſuis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantæ Poteſtati erat inutilis, à Regno depoſuit, & alium lo-

co

Digitized by Google

co eius inſtituit. Multo fortius Imperatorem, qui ſpi ritualius, quodammodo ſubeſt ei, poterit remouere. Item poteſtatis, vel officij plenitudo in maioribus Prælatis repræſentatur, & deſignatur in vſu Pallij. Nam in Papa Pallium deſignat plenitudinem poteſtatis pleniſſimam. Et multa alia. Idem Doctor docet ibidem, quæ breuitatis cauſa ommittimus &c. addentes quædam alia, quæ idem Doctor docet, dicens, humanam Poteſtatem aſſimilari bracchijs. Nàm ſicut duo ſunt bracchia, nempè, dextrum, & ſiniſtrum, ità dup. eſt Poteſtas, ſpiritualis, quæ eſt vt brachium dextrum, & temporalis, quæ eſt, vt brachium ſiniſtrum: modo, cum Papa ſit homo completus, & perfectus vtrunq; habens bracchium diuite. Ergo directè vtramq; habet poteſtatem, ſcilicet ſpiritualem, & temporalem.

extrà de electione. Venerab. 15. q. 6. alius. 96. di. duo sũt, & Imperator. extra. de an. & vſu Pallij ad honorem.

lib. 6. c. 57

Etiam D. Hieremias Prophetas dicit, Ecce Dies veniunt (dicit Dominus) & ſuſcitabo Dauid germen Iuſtum, & regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet Iudicium, & iuſtitiam in terra. Hæc autem ſententia (ſinedubio) de Dauide literaliter eſt intelligenda, de Chriſto figuratiuè, & de Papa ſubſecutiuè, vel conſecutiuè &c. Porphyrius in cap. de ſpecie poſt medium, deſcendentibus igitur ad ſpecialiſſimam, neceſſe eſt diuidentes per multitudinem ire. Aſcendentibus verò, ad generaliſſimum neceſſe eſt multitudinem colligere in vnum. Collectiuum .n. multorum in vnam naturã ſpecies & ẽt magis genus ſic ad rẽ colligẽtibus oẽs potẽtias humanas neceſſe eſt reducere eaſdẽ ad ſupremũ genus Pontificium.

cap. 23.

CAPVT VNDECIMVM.

In quo Auctor diſputatiuè mouet pulcherrimam quæſtionem circa eandem materiam adducens primo argumenta in oppoſitum, quibus ſecundo Reſpondet &c.

Th. peruſ. iſaia c. 32 THadeus noſter Peruſinus ſuper Iſaiā Prophetam ex profeſſo proponit, ſeù mouet ſubſequentem quæſtionem adducens primo argumenta in oppoſitum, Videlicet probans dignitatem, ſeu Poteſtatem laicalem eſſe ſuperiorem Pontificie dignitati, præcipuè in temporalibus.

Luc. c. 2. Et primo arguit ſic exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Ergo Imperator creditur mundi Dominus in temporalibus, non igitur Summus Pontifex.

Luc. c. 20. Secundo arguit ſic. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ Dei Deo, & ſic videtur ponere differentiam inter Dominum temporalium Imperatorem, & ſpiritualium Papam &c.

Dan. c. 2. Tertiò ſic arguit, Nabucdonoſor Rex Regum, & Dominus Dominantium, non ergo Papa &c.

D. Hier. 7 q. c. 1. Quarto ſic arguit, auctoritate D. Hieronymi, in apibus, & gruuibus eſt vnus Princeps, ſic inter homines vnus Imperator: non ergo Papa &c.

D. P. Aug. 5 de ciuit. Dei c. 13. Quinto ſic arguit, auctoritate D. P. Aug. dicentis, Deus cōtulit Romanis totius orbis Imperium: quia

ſuo

ſuo modo boni erant; non ergo traditum fuit Papæ dictum Imperium temporale &c.

Sexto arguit ſic, auctoritate D. Thom. dicentis, Chriſtus ſubſtituit in Auguſto Dominium, quod ipſe habebat in toto orbe terrarum: ſed Auguſto ſuccedunt omnes Imperatores, non ergo Papa &c. *D.Th lib de 6. Reg. princ c.13 Philoſ.12 meta.*

Septimo ſic arguit, auctoritate Philoſophi dicentis, non eſt bona multitudo Principatuum ad gubernationem vniuerſi, ſed bonum eſt vnum eſſe tantum Principem; non ergo Papa poteſt eſſe talis Princeps: quia ſic, plures eſſent Principes &c.

Octauo arguit ſic, auctoritate Iuris Conſultorũ; duo ſunt luminaria magna in hoc mundo, Papa, & Imperator. Vnde ſicut Papa habet ſpiritualem poteſtatem in toto orbe, ſic, & Imperator temporalem, & ſic de alijs &c. non ergo Papa eſt Dominus temporalis. *t.de maior. & obed.c. ſolito.*

Nono ſic arguit, auctoritate Antonini Imperatoris dicentis, Ego Dñs mundi &c. nõ ergo Papa. *Ant. Imp. l.depreca-tio Cod.ad Rod.d iac.*

Decimo arguit ſic de mente Bart. & Bal. dicentiũ, Imperatorem eſſe Vicarium Dei in Temporalibus; non ergo Papa &c. *Bart. & Bal. 7 rub. de veteri iure Enuc.*

Reſponſiones ad hæc prædicta argumenta &c.

Et primo ad 1. arg. ſic reſpondet idẽ Thadeus noſter Peruſinus breuiter dicens Diuum Lucam accepiſſe totum pro parte ſecundum illam figuram Synedochẽ, Romanis tunc temporis ſubiecta &c. vel quia D. Lucas loquutus fuit more aliorũ loqui ſic

O ſoli-

ſolitorum &c. Vel aliter forſan dicere poſſumus, prædictum argumẽtum contra nos minime militare, eo quod Dominus Ieſus Chriſtus omniũ reformator, cum nondum natus eſſet dicto tempore, conſequenter nullus Pontifex conſtitutus erat, qui tali temporali vteretur dominio, & ſic clarè patet, quod dicta ratio non cogit &c.

Dom. Sot. de Iuſt. & iure

Ad ſecundum iam argumentum idem Thadeus reſpondet de mente Dominici à Soto dicentis, Dominus Ieſus Chriſtus noluit æqualem eſſe poteſtatem Cæſaris, ſuæ, ſiuè Dei poteſtati; ſed eximere ſe volẽs ab illo iudicio ſolus tantum naturale retulit, quaſi diceret, ſi quid debetis Cæſari, ſoluitè: ſed imprimis *Deo*. Idcircò benè additur, quod dicit B. Egidius noſter Rom. fundamentaliter docens, maiorem eſſe poteſtatem ſpiritualem laicali poteſtate; & ad tertiũ argumentum gloſat eandem Saluatoris auctoritatem; quæ ſunt Cæſaris &c. dicit ſimiliter eaſdem poteſtates, ſeu Principatus non eſſe omninò eiuſdẽ rationis, & licet præcederit in corpore: ſimiliter gloſat eandem auctoritatem, quoad obedientiam, videlicet fideles, debere obedire etiã Principibus Infidelibus in his quæ non repugnant fidei. Stante igitur ſuperiori fundamento de maioritate ſpiritualis auctoritatis reſpectu laicalis, ad rem noſtram ſatis exactè facit, id quod docet *Paulus* noſter Venetus dicens, omne ſuperius eſſe formam ſui inferioris, ex ſecũdo Phyſicorum, ſed forma eſt illa quæ dat eſſe rei, ex eodem 2. Phy. ergo illa ſuperior dignitas ſpiritualis,

B. Egid. Roman. 2. ſent. d. 44. q. 2 art. 2.

Paulus Venet. lib. 3. de Anima t. x. 10 in reſp. ad 2. arg.

dat

dat eſſe laicali dignitati, etiam per rationem natura- *Phy tex.*
lem: & etiam ad rem noſtram facit id quod docet B. *12.*
Simon noſter de Caſſia ſimiliter gloſans prędictam *Phy. tex.*
Saluatoris reſponſionem; inquit enim Saluatorem *28*
doloſè fuiſſe interrogatum; cui interrogationi ita *l. Iul § ſe*
ſatisfecit, non cõmodo Cæſaris: ſed vtilitate redden- *& ſi quis*
tium, ac per hoc manifeſtum eſſe; omnem Principa- *ff. ad ex ...*
tum à Domino Deo eſſe, apud quem ſunt omnia Re- *B. Sim. de*
gnorum iura, & ſuum placitum poſt corruptam na- *Caſſia lib.*
turam; quòd materia dicurſus in hominibus perdo- *11. ed Re-*
minari, & ſubijci dirigatur; & parum infra dicit *lig. Chriſt.*
etiam, cum improbitas hominum grauatorum, per *51.*
vnum non poſſit arceri: opus habet Cæſaris, Princi-
piſq; iuſtitiam arcentem, & punientẽ, frænis, & ſup-
plicijs debitis graſſatores, & infeſtos &c. & parum in
fra itidem dicit, quamobrem ſi tanta neceſſitas exi-
git Cæſaris poteſtatem, & non tibi faſtidio ſit, aut
cautio aduerſus eum, ſi pro te, tuiſq; ſeruandis exigis
cenſum &c. Vel aliter forſan, & melius dicere poſſu-
mus gloſantes eandem Saluatoris reſponſionẽ, Red
dite quę ſunt Cæſaris Cæſari &c. Sed nihil eſt Cæſa-
ris, ergo Cæſari nihil eſt reddendum, probatur mi- *23.*
nor per Pſal. Domini eſt terra, & plenitudo eius, *Reſponſio Auctoris.*
ſi ergo omnia ſunt Domini, ergo nihil eſt Cæſaris,
meritò igitur Pontificia dignitas cæteris laicalibus *Ethimologia Papæ.*
præualet, quandoquidem in Prohem. Clem. Conſt.
ſecundum *Gloſ* habetur qualiter Papa, ideſt admira-
bilis dicitur à Papæ quod eſt interiectio admirantis,
& verè admirabilis: quia Vices Dei in terris gerit,

vnde optimè dixit Anglicus ille in ſua Poetria nouà :Papa ſtupor mundi,& circa finem,qui maxima rerum, nec Deus eſt, nec homo, quaſi neuter eſt inter vtrumq; &c. Vel aliter dicendum eſt ad mentem B. Aug. noſtri Anconitani; Reddite &c. dicentis, Non ſubtrahitur potentia temporalium à *Papa*, ſed datur intelligi quædam iuſtitia legalis, vt vnicuiq; reddatur quod ſuum eſt, quod dicit D. Apoſt. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem, &c. Vnde minimè cogit Saluatoris reſponſio &c.

B. Aug. Ancon. li. de Pot. Eccl. q. 7. art. 8. ad 1. D. Apoſt. ad Rom. c. 3.

Ad tertium ſic Reſpondet idem Thadeus Peruſinus; Nabucdonoſor fuit maximus *Princeps* cũ plures ſuperauerit Principes &c. ob id dicitur à Daniele Rex Regum &c. & ibi idem Daniel vſus fuit figura hiperbolee &c. nõ tamen fuit totaliter Dominus omnium mũdi Regnorũ &c. vel aliter reſpõderi poteſt, viz vt ſupra tactũ eſt; Diuinũ verbũ nondum aſſumpſiſſe humanã carnẽ, nec aliquẽ ab eodẽ pro illo tunc fuiſſe inſtitutũ *Pontificẽ* &c. & ideo idẽ Daniel eodẽ 2. c. ſequitur ita in diebus autẽ Regũ illorũ tñ ſuſcitabit Deus Cęli Regnũ, qđ in ęternũ nõ diſſipabit, & regnũ alteri populo nõ tradet, cõtinuet aũt & ſeruet vniuerſa regna hæc, & ipsũ ſtabit in æternũ, ideſt, durante mundo, quod, dictum intelligi poteſt de Chriſti Regno, cuius non erit finis &c.

Ad quartũ de apibus &c. ſimiliter reſpõdet idem Thadeus eo ſe loco vbi ſupra dicẽs, ſicut in quolibet genere, ſic in examine apũ eſt vnũ caput, & *Princeps*

ita

ſta in qualibet Republica eſt vnũ caput &c. non tñ, ſequitur vnũ tantũ debere eſſe Regẽ in toto terrarũ orbe, cũ clarè pateat, de facto plures eſſe Reges, & ſm̃ nationũ diuerſitates &c. & additur qualiter Chriſti tẽpore plures ẽt erant Reges, cũ ipſe dixerit, qui mollibus veſtiũtur in Domibus regũ sũt, loquitur .n. ibi pluraliter, nõ aũt ſingulariter, & ẽt tempore Herodis Regis Reges illi oriẽtales, venerũt, & queſierũt Sũmũ Regẽ Xpũ, cui munera præcioſa, tanquã tributa obtulerũt: ergo &c. Vnde ſtantes in eadẽ ſimilitudine, vnũ eſt, &c. Vnũquodq; examẽ apũ, ſuũ habere dicitur caput, & ſecundũ quòd plura examina, ſic plura capita &c. nec repugnat: ita ſe habere in populis, in quibus prẹter Reges, datur Summum caput, & Rex Regũ, p D Apoſt. dicẽtẽ, vt ſerues mãdatũ ſine macula, irreprehẽſibile vſq; in aduentũ Dñi nři Ieſu Chriſti, quẽ ſuis tẽporibus oſtẽdet Beatus, & ſolus potens Rex Regũ, & dñs, dominantiũ, qui ſolus habet immortalitatẽ, et lucẽ inhabitat inacceſſibilem &c. & per *P*rophetam, & adorabunt eum omnes Reges terræ, &c. cuius locum in hoc ſæculo tenet Vicarius eiuſdem Summus Pontifex &c. hinc non ab re legitur, vt habetur in ſexto Decret. totius enim orbis Papa tenet Principatum &c. & ſupra qui Papa poteſt Imperatorem deponere, ac priuare, nec non eundem cogere ad iuſtitiam faciendam, & ius canonicum obſeruandum &c.

Matt. 6.

D. Apoſt. ad Tim. c. 6.

Apoc. c. 19. Pſal. 71. lib 3 c Te riculoſo d tul de ſtat. Regal. Cel. 4 in Gloſ. lib 2 d 58, & Re iud. c. 2.

Ad 4 Reſpõdet idẽ Thadeus Peruſinus dicens, ꝙ D. P. Aug. intelligendus eſt, ꝙ Deus magnã partẽ

dedit.

dederit Romanis ſubiectam, non autem totaliter Romanos totius mundi ſimpliciter fuiſſe Dominos; ſed quia eorundem Regnum fuit longe maius, quã cætera mundi regna &c. Vel aliter Reſponderi poteſt; D. P. Aug. eodem loco, vbi ſupra in principio Quinti Capitis, non ſine maxima ratione dixiſſe in Dei poteſtate eſſe omnia Regna, etiam terrena ad ſignificandam forſan Regnorum, & Regum mutationem ab ipſo Deo optimo dependere, vt factũ eſt, & clarius loquitur idem D P. Aug. eodem lib dicens, Proinde, non ſolum, vt talis mens, talibus hominibus redderetur, Romanum Imperium ad humanam gloriam dilatatum eſt: verum etiam, vt Ciues, æternæ illius Ciuitatis, quamdiù hic peregrinantur, diligenter, & ſobrie illa intueantur exempla, & videant, quanta dilectio debeatur supernæ Patriæ propter hominum gloriã; ergo ad exemplum fidelium Imperiũ illud Romanorum dilatatum eſt, quod modo ad Põtificem tranſiuit &c.

Reſponſio Auctoris.

D. P. Aug. lib. 6. de Ciuit. Dei c. 17.

Ad Sextum dicit idẽ Thadeus Peruſinus ꝙ D. Thom. intelligendus eſt, in toto orbe, non ſimpliciter, in toto mundo, additur, & non principaliter; ſed ſecundariò, ſeù ſecundum quid, quia ſimpliciter, & principaliter Summus Pontifex, vt dictũ eſt ſupra, et dicetur inferius habet Summum ius in toto orbe &c. vnde B. Aug. noſter Anconitanus de poteſtate Eccleſiaſtica optimè dicit ad rem dicens, Imperatores, vel Reges eſſe iuris Conſeruatores, miniſterialiter: ſed principaliter, & auctoritatiuè ſolum eſſe ipſum

B. Aug. Anc. d pot. Eccl. q. 75. ar. 1. ad 1. q. 1. art 8. ad 1.

ipſum Papam, ad cuius mandatum ipſi parere teneri, & auxilium impendere &c. & idem B. Aug. eodem lib. v. d. turi idem aſſerere, gloſans illud Saluatoris Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari &c. & eadē quęſtione prima, oſtendit poteſtatem Papæ eſſe maiorē omni alia primo maioritate dignitatis. Secundo cauſalitatis. Tertio auctoritatis &c.

matth. 22. ar. 1. ĩ corp.

Ad ſeptimum dicit idem Thadeus, quod non ſequitur vnum tantum debere eſſe Principem in toto terrarum orbe; quia non poſſet prouidere omnibus, & ſingulis &c. ſed in qualibet Republica debet eſſe vnus Princeps, & ſic intelligendus eſt Philoſophus. vel aliter dicendum, quod eſt ſi vnus tantum Princeps debet eſſe in toto orbe &c. primo, & principaliter iſte Principatus vniuerſalis Summo conuenit Pontifici, vt iam multoties dictum eſt.

Ad octauum Respondet idē Thadeus Peruſinus, duo tantum luminaria magna &c. poteſtatem Petri, & Papę immediate à Chriſto Domino noſtro inſtitutam eſſe; ſed Regis poteſtatem à Republica dependere &c. cum Papa, ſit fidei magiſter &c. vndę Matthei, Redemptor noſter ad rem optimè dixit, Data eſt mihi omnis poteſtas &c. quam communicauit ſuo Vicario Summo Pontifici &c. dicens tibi dabo claues &c. Vel aliter reſponderi poteſt quòd ſicut Luna luminare minus recipit totum lumen ſuū à Sole: ita Regia poteſtas vti luminare minus quicquid habet, recipit, & habet a Pontificia poteſtate, ſicut à maiori. Quo circa ad Rem D. Hyeremias, opti

c. 28. ſiue vlt.

Reſponſio. Auctoris

D. Hyeremias

optime dixit, Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna &c.

Ad quintum dicit idem Thadeus Peruſinus, dictũ Antonini Imperatoris, fuiſſe quandam iactantiam. Nam D. Apoſt. Vanitati creatura ſubiecta eſt &c. & *Pſal.* Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens, & præcipuè, quia idem imperiale dictum non corroboratur rationibus, vel auctoritatibus, quòd quidem non ita ſe habet de poteſtate Summi *Ponti*cis, de quà in vtroq; foro, ſcilicet temporali, & ſpirituali plena eſt tota ſacra ſcriptura, vt pluries ſuperius probatum eſt.

D. Apoſt. ad Ro. 1.8. *Pſal. 38.*

Ad decimum Reſpondet idem Thadeus noſter Peruſinus quòd Bartolus, & Baldus nimis abbundè loquuti ſunt ad extollendum Imperatoris gradum, qui ſubeſt *Papæ* Principali, & maiori Dei Vicario, & dato, & nõ conceſſo quòd Imperator eſſet Dei Vicarius in temporalibus (vt dicunt iſti auctores) eorum dictum eſt intelligendum ſecundario, non autem principaliter, cum Summus Pontifex immediatè ex ore Dei ſit primus, & principalem teneat locũ; Vnde idem Thadeus ſuper Iſaiam, ſuper Verb. ponam te in ſuperbiam ſæculorum, & gaudium in generatione, & generationẽ, &c. & de mente D. Greg. eodem loco, ſuperbia nil aliud ſignificat, niſi ſummam, & principalem auctoritatem Eccleſiaſticam, & de mente D Thom per ſuperbiam intelligit gloriam, & honorem propter honoris exceſſum &c. ſicut dicimus ſuperbam domum, ſiuè ſuperbum *Pala-*

Thad. 115. c. 60.

D. Thom. q. de malo art. 2. ad ult. arg. Simile.

Palatium &c. ideſt pulchram domum, honeſtumq; Palatium &c. Iſta Eccleſia ſancta Dei conſtituta eſt domina gẽtium, ſubiecit ſibi Reges, & Imperatores, ſupremam habens poteſtatem, iuxta illud Redemptoris, quodcunq; ligaueris &c. & ſic iam ſatis ſufficienter vſq; modo reſponſum eſt ad omnia iam prædicta argumenta in oppoſitum. *Simile.* *Io. 17.*

CAPVT DVODECIMVM.

In quo Auctor ſequitur diſputare de eadem materia ad mentem propriam noua adducens argumenta, nouaſq; reſponſiones.

ET primo in oppoſitum arguit ſic, auctoritate Redemptoris dicentis, Regnum meum nõ eſt de hoc mundo; ergo neceſſario ſequitur ad negationem Regni terreni à Christo, q nec etiam Sũmus Pontifex eiuſdem Chriſti Vicarius, poſſit temporaliter regnare: ex eo quia quicquid habet ſeruus videtur habere à Domino ſuo, ergo &c. *Io. 18.*

Secundò auctoritate eiuſdem Redemptoris. Qui cùm cognouiſſet poſt illud ſingulare miraculum ab ipſo factum de multiplicatione quinque panum, & duorum piſcium, qd venturi erant, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus. Vnde clarè ſequitur eundem Saluatorem potius Regiam dignitatem contempſiſſe, quam accepiaſſe, &c ergo ſequitur idem quod prius. *Io. cap. 6.*

Tertiò ſic arguitur, quia Xps potius fuit ſubdit⁹, q̃

Dominus: ex eo quia, vt patet per Io. & omnes Euangeliſtas, ipſe ſe ſubdidit humano iudicio, nempè Pilati Iudicio, ſeù Poteſtati. ergo Christus nullum habuit Imperium, & ſic, conſequenter nec Papa.

Io. 18.

Quarto multi Summi Pontifices ſe ſubiecerunt Imperatoribus, vt refert Petrus noſter de Aragona adducens exemplum de Leone Papa, qui ſe ſubdidit Ludouico Imperatori &c. & de Adriano Papa, qui ſe ſubdidit Carolo magno Imperatori, ergo Summi Pontifices non videntur ſuperiores, ſed potius ſubditi, & inferiores reſpectu Imperatorũ, & regũ &c.

Petrus Ara. lib. de Iuſt & iur q 67. art. 1.

Quinto ſic etiam arguitur, auctoritate Redemptoris exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita, & vos faciatis; ſed Chriſtus (vt ſuperius dictũ eſt) ſe ſubditum fecit. Ergò ſummi Pontifices exemplum Domini ſequentes debent eſſe ſubditi, & non Domini &c.

Io. c. 13.

Sextò ſic arguitur, auctoritate eiuſdẽ Redemptoris dicentis, Nolite poſſidere aurum, nec argentum, neque pecuniam in theſauris veſtris, idcirco ad rem ſatis apertè loquutus fuit primus Papa D Petrus dicens, ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus tè quid ergo erit nobis?

Matt. c. 10. *Matt. c. 19.*

Septimo arguit ſic, auctoritate D. Apoſt. dicentis, nemo militãs Deo implicat ſe ſecularibus negocijs &c. ſed ſi Papa poſſet exercere temporale dominium ſe implicaret ſecularibus negocijs, contra præceptum apoſtolicum, & ſic potius peccaret, quam aliquid boni ageret.

D. Apoſt. 2. ad Thim. c. 20.

Octa-

Octauò arguitur ſic, auctoritate eiuſdem, D. Apoſtol. & exemplo, qui coactus fuit appellare Cæſarē. ergo ſe ſubditum Cæſaris conſtituit. *D. Apoſt. act. Apoſt. c. 28.*

Nono arguitur ſic, impedimenta ſalutis ſunt potius remouenda, quam apponenda: at adminiſtratio Dominij temporalis videtur eſſe quoddam impedimentum ſalutis, ergo potius talis adminiſtratio temporalis eſt vitanda, quam ſequenda *&c.* maior de ſe patet, & minor probatur, quia in tali adminiſtratione maxima adeſt peccandi occaſio, ratione cupiditatis &c.

Decimo arguitur etiam auctoritate eiuſdem Saluatoris dicentis, nemo poteſt duobus domini ſeruire &c. ergo à pari nemo poterit duobus ſeruire *Do*minijs, quæ inter ſe maximam videntur habere repugnantiam, ſeù diſparitatem &c. *Matth. c. 6*

Sequuntur reſponſiones ad prædicta omnia argumenta.

Ad primam auctoritatem, Regnum meū &c. dicendum eſt ꝙ Chriſtus Dominus noſter non exclusit à ſe dominium temporale: ſed oſtendit aliud ſe habere regnum, longè præſtantius, & eminentius, ab æterno ſibi præparatum, &c non tamen negauit hoc regnum temporale, *&* ius ſe habere legitimū, & poteſtatem &c. iuxta illud D. Apoſt. dicentis de Chriſto, quem conſtituit Hæredem vniuerſorum per quem fecit, & ſæcula, immo Redemptoris con- *D. Apoſt. ad Heb. c. 1* *Luc. c. 22*

firmauit tale Dominium temporale, dicens, qui non habet gladium vendat tunicam &c. & ecce hic duo gladij per quos cõmuniter intelligitur illa duplex poteſtas ſcilicet temporalis, & ſpiritualis. Vnde D. Apo. loquens de huiuſmodi poteſtatibus dicit, vis autem non timere poteſtatem, bonum fac, & habebis laudẽ &c Dei enim miniſter eſt tibi in bonum, ſi autẽ malefeceris, non enim ſine cauſa gladiũ portat &c. quã quidem ſententiam declarans B. Egid. noſter Rom. eodem loco, gladium ideſt iudiciariã poteſtatẽ, quæ diſtinguitur ſecundũ duplicem prædictũ gladium, de quo duplici gladio idem B. Egidius Romanus gloſans illud Saluatoris Luc. 22. Duo gladij, hic ſic dicit: quia Principatus Clericorum vtitur magis gladio ſpirituali; Principatus verò laicorum magis gladio materiali: quare notandũ eſt, quòd dicit Principatũ Clericòrum magis vti gladio ſpirituali, quam materiali, non tamen excludit, quin vtatur, & poſſit etiam vti materiali gladio quotieſcunq; opus fuerit: ad hęc etiam pari paſſu currit id, quod legitur, & declara ut idem textus Euangelicus Luc. 22. Ecce duo gladij hic &c. & gloſ. duos gladios in Eccleſia, & eoſdem eſſe in poteſtate Eccleſiæ, & parum infra dicentibus Apoſtolis, Ecce duo gladij hic ideſt in Eccleſia, cum Apoſtoli repreſentarent etiam Eccleſiam, inter quos erãt illi duo gladij, & ſic conſequens eſt, quod in ipſa Eccleſia ſint iſti duo gladij, dicentibus Apoſtolis, duos gladios eſſe ibi: non reſpondit Redemptor nimis eſſe: ſed ſatis, & ſic notandum eſt, quod ſi eſſent

duplex poteſtas per duos gladios intellecta.
D. Apoſt. ad Rom. 13. cap.
B. Eg. Rõ. lect. 22.
B. Eg. Rõ. 2 ſent. d. 9. q. 2. reſol. art. 1.
lib. 1. Eſtr. com ĩ maior. & obed.
Gloſſ

ſent

ſent plures gladij, quam duo, non dixiſſet Dominus ſatis eſt: ſed nimis eſt, & ſi eſſent pauciores, quam duo non dixiſſet ſatis: ſed minus &c. & eodem loco ſecundum dictam gloſ. ex decimarum datione, ſeu ſolutione, & benedictione &c. patet qualiter terrena poteſtas ſubeſt ſpirituali poteſtati ex quatuor; Primo ex datione, ſeu ſolutione decimarum: quia ſecundũ Canones Laici debẽt ſoluere decimas Sacerdotibus &c. Secundo, ex benedictione, ſeu ſanctificatione, ſecundũ Vgonem. Tertio, ex acceptione poteſtatis ſecundum eundem Vgoné eodé loco. Quarto, ex rerũ ipſarum gubernatione ſecũdum D.P.Aug. quoad primũ ſolutio decimarum eſt de iure diuino, & ſic terrena poteſtas ſecundum omnia bona ſua ſubeſt Eccleſiaſticæ poteſtati: quoad ſecundum, quia Sacerdotalis dignitas Regalem poteſtatem ſacrat, & benedicit, & ſic ſecundum D. Apoſt. qui benedicit maior eſt benedicto: quoad tertium patet qualiter eadem ſpiritualis poteſtas maior eſt quacunque dignitate terrena: quia in illo antiquo Populo Hebraico, in quo primũ à Deo Sacerdotium inſtitutum eſt: poſtea verò ad Sacerdotium, regalis poteſtas, iubente Domino, ordinata eſt; patet exemplo de Saule, cui Regalem poteſtatem Dominus dare potuiſſet: ſed noluit hoc fieri, niſi per Samuelem Prophetam, & Sacerdotem: indicans poteſtatem terrenam dependere ab Eccleſiaſtica. quo ad quartum per Sanctum P. Aug. de Trin. dicenté totum vniuerſum, quodam ordine regi:

Notanda

Vgo. lib. 2. de Sacra. p. 2.

D.P.Aug. lib. 11. de Trin. c. 4.

D. Apoſt.

1 Reg. 11. 12.

D.P.Aug. 3 de Trin. cap. 4.

regi: quia corpora groſſiora reguntur per ſubtiliora, & tota corporalis creatura per ſpiritualem: ſed turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit Vniuerſo. Ergo in toto vniuerſo corporalia reguntur, & gubernantur per ſpiritualia, & ſic patet totum, quod dicendũ eſt &c. Non igitur ab re de Chriſto Rege habente ta-

Pſal.44. lem Regiam Poteſtatem in ſummo dicitur: accinge re gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, vbi

Iacob.Val. notat Dominus Iacobus noſter Valent. tale dictum intelligi debere de poteſtate Regia ſibi à Patre tradita &c quam Petro, & ſucceſſoribus tradidiſſe non eſt qui dubitare queat. Cum dicatur à Sancta M. E.

S.M.E. in [illegible] in feſto eiuſdem D. Petri, tu es Paſtor ouium &c. tibi tradidit omnia mundi regna, & ſubiecit Populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris; redeuntes itaq;

[illegible] 45. ad gladium Regiam poteſtatem ſignificantem, dicimus Chriſtũ D. nrũm non ſine maxima ratione præcepiſſe petro abſcindenti auriculam malco, non vt proijceret gladium: ſed vt conuerteret in Vaginam, ad oſtendẽdum ſibi remanere talem facultatem, quã

2 Reſp. ad 1. argum. certè non proiecit. Vel aliter reſpondendum eſt ad illud Redemptoris, videlicet Regnum m. um &c. Voluit forſan denominationem accipere, ac ſumere à Nobiliori Regno nempè Celeſti, à quo ſemper fieri

Phi. lib. 2, de anima. tex.49. debet denominatio ſecundum Philoſophum; non tamen negando Regnum minus nobile: E. g. Rex Filippus dicitur Rex Hiſpaniarum, & ſi plura alia Regna extra Hiſpanias habeat, ſed ab eiſdem denominatur tanquam à nobiliori &c. Vnde ad rem noſtram

optimè

optimè dicit Dominus Ambroſius noſter Parteno-peus exponens idem Saluatoris dictum, Regnum meum &c. dicit ſic, Dominus Ieſus Chriſtus noluit ſe Regem ſomniorum, ac deliramentorum appellare; non quia non ſit verus omnium Dominus: ſed quia hæc inferiora iudicabat non eſſe vera bona: cũ ſub rapidiſſima Cęli vertigine ab illa ſtabilitate fluctuent, & fluant. Vel dicẽdum, dictum Saluatoris, Regnum meum &c. ad mentem D Bonauenturæ dicentis, mundum dupliciter poſſe accipi in ſacra ſcriptura, primo modo pro humana conuerſatione, quæ vana eſt, & immunda, ſecundo modo pro mũdana creatura primo modo damnatur, & reprobatur à Domino Ieſu Chriſto dicente, Regnum meum &c. ſecundo autem modo commẽdatur &c. Reiecit enim Regnum mundi primo modo quantum ad immundã conuerſationem, quam nullo modo exercuit &c. idcirco optimè dixit, quis ex vobis arguet me de peccato? Vel aliter gloſandum eſt dictum Redemptoris, Regnum meum &c. ad mentem B. Aug. noſtri Anconitani dicentis, de mente D. Io. Criſoſt. Regnum meũ &c. modo humano, quomodo ſunt alij Reges, qui ex fortitudine miniſtrorum accipiunt Regnandi poteſtatem. Vel aliter gloſandum eſt idem dictum Saluatoris ad mentem B. Simonis noſtri de Caſſia dicentis ſic, omnium erat ſubiectorum ipſe dominus, & rex verus, ſed ab altiori Regno rex erat ipſe cenſendus. Nam aliud eſt regnum inuiſibile corporalibus oculis, & imperceptibile corporeo

Do. Amb. parte nopeus ſe. quadra. Dom. palma. ſe. 2

3. reſp. ad idem 1. ar. D. Bona 2. ſen d. 1. art. 2. ad 1.

Io. cap. 8. 4. reſp. ad idẽ. 1. arg. B. Augu. An lib de pot. eccleſ. q. 7. art. 7 ad. prim.. 5. reſp. a idẽ 1. argũ

poreo ſenſu: iuxta quod ipſe vocatur Dominus Sabaoth, ideſt Rex,& Dominus exercituum inuiſibiliũ Angelorum, qui nunquam in hac miſeria peregrinati ſunt, abnegat autem Regnum huius mundi, ſcilicet corruptibilis, *&* corrupti: quia omne quod eſt in hoc mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, iuxta ſententiam D. Io. Apoſtoli in Epiſtola ſua: ne ſuper iſta regnare videretur: ſed potius eadem deſtruere crederetur, ſic enim conueniebat Dei Filio; Regnum autem iſtud eſt mortis regnum, ſicut dicit D. Apoſt. *D. Io. Ep. 1 cap. 20.* Regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſem, qui eſt forma futuri ſæculi, etiam in eos, qui non peccauerunt, ſecundum quam, ſi illam corporis, & animæ intelligimus, regnauit, regnat, *&* regnabit in hominibus, quouſq; ſæculum iſtud ſuo claudatur fine. Chriſtus autem non regnum mortis: ſed veræ vitæ conſtituit, &c. *&* infra, nec etiam animus autumnet Chriſtum Eccleſiam ſuam, tanquam Regnum æternum, atq; decoris, & gloriæ conſtituiſſe, aut poſuiſſe in mundo. Cum ipſe per fidem Catholicam, *&* Vicarios auctoritate ſua fungentes, regnet in orbe terrarum, aut cum ſibi ſubdita fuit in ſuis Vicarijs gloria Ceſarum: ſed tamen hinc tali ordine credamus, Regnum eſſe virtutum, in æternum gloriæ regnum, conſummato mundi myſterio transferendum, & ſumma veritas hoc compellit aſſerere: quia in mundo dominandi libidine Regnare volentes non habent partem cum Chriſto, cuius regnum non erat de hoc mũdo,

do, modo iam dicto. Vel aliter gloſandum eſt dictū Redemptoris noſtri ad mentem B. Alberti noſtri Pa tanini, dicentis, illam Saluatoris ſententiam, Regnū meum &c. & inſurgentibus contra Manicheorum errorem, qui pro fundamento ſui erroris talem aſſumunt ſententiam, cuius contrarium dicitur à Sancto Propheta quoniam Rex omnis terræ Deus, & Matthei, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, & Io. ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus &c. dicit itaq; idem B. Albertus Regnum duplici er poſſe intelligi, primo modo ſecundum D. P. Aug. accipiendo Regnum pro his, quæ reguntur, ſicut fideles, electi ſunt Regnum Dei, feciſti nos Deo noſtro Regnum, Regnum, quod licet ſit in hoc mundo per in habitationem, non tamen eſt de munpo: ſed de Cœlo per affectionem. Secundo modo accipitur regnum (ut dicit D. Chriſoſtomus) accipiendo Regnum pro auctoritate Regia: hanc autem Dominus Ieſus Chriſtus de mundo non accepit: ſed de patre originaliter, Filius hominis venit ad antiquum dierum, & dedit ei poteſtatem, honorem, & Regnum &c.

Resp. 6 ad idē 1. arg. B. Albert. Pat ser. 7. Rascat. Pſal. 46. Mat. c. 28. Io. c. 13. D. P. Aug. Apoc. c. 5. Daniel c. 7.

Ad ſecūdum argumentum reſpondetur, quāuis Dominus Ieſus Chriſtus fugerit in montem, nè ipſi homines facerent eum Regem; non tamen propter hoc voluit Regiam negligere dignitatem: quoniā noluit eligi ab hominibus, quia iam electus erat à Deo habente pleniſſimum ius eligendi, ſiuè conſtituendi Regem proprium filium, qui iure naturali, & hæreditario talem debuit habere Regiam dignitatem Pſal. 2.

de qua idem filius per S. Prophetam confitetur ſe Regē à Patre conſtitutum, dicens, Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, philoſophus 1. phi. ad rem fruſtra enim fit per plura quod poteſt, fieri per pauciora &c. ſic itaq, patet ſolutio ad hoc ſecundum.

ps.56.

l 2 ff de re iu. 1. prin. D. Th 2 2 q 67 art. 1. ad 10. arg.

Ad tertium argumentum Reſpondet D. Thom. quòd Dominus Ieſus Chriſtus non recognouit Pilati poteſtatem, tanquam maiorem. Sed quia in rebus humanis aliqui propria ſponte poſſunt ſe ſubijcere aliorum iudicio, quamuis non ſint eis ſuperiores, ſicut patet in his, qui compromittunt in aliquos arbitros, & inde eſt neceſſarium arbitrum pęna vallari: quia arbitri non ſunt ſuperiores, & non habent de ſe plenam poteſtatē coercendi. Sic ergo Chriſtus propria ſponte ſe ſubdidit, &c. & ideò ad rem rectè dixit Pilato, non haberes in me poteſtatem, niſi tibi datū eſſet deſuper &c. ſic etiam & Leo Papa &c. & Adrianus Papa &c. ſicut etiam refert, & reſpondet Petrus noſter de Aragona diffuſius agens de eadem materia. & de huiuſmodi arbitrum Iudicis, & auctoritate &c.

Pet. de Arag q. prædicta q. 67 art. 1.

Ad quartum Reſpondetur, ſecundum quòd iam reſponſum eſt per præcedentem tertiam Reſponſionem ad mentem Petri noſtri de Aragona, qui hanc materiam, & difficultatem declarauit, modo iam dicto &c.

CA-

CAPVT TERTIVMDECIMVM.

In quo Auctor ſequitur Reſpondere ab alia argumenta. nam Caput præcedens eſſet nimis tædioſum propter nimiam prolixitatem.

AD quintum argumentum, ad illud Saluatoris Io. 13. exemplum dedi vobis &c. dicendum eſt, qd talis propoſitio non tenet in omnibus vniuerſaliter: ſed quo ad aliqua tantum. Nam Chriſtus crucifixus eſt, redemit mundum, ambulauit ſupra mare &c. & ſic ſequeretur, ſi teneret vniuerſaliter, nos etiam debere crucifigi, redimere mundũ, ambulare ſupra mare, &c. quod eſt falſum. Dominus ergo Ieſus Chriſtus declarans ſe ipſum, dixit, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis cordé &c. Vnde D. P. Aug. de tempore exponens idem Saluatoris dictum, & illud D. Petri Apoſtoli dicentis, Chriſtus paſſus eſt &c. vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius &c. numquid, vt mortuos ſuſcitemus? numquid ſupra mare pedibus ambulemus? non vtique, ſed, vt ſimus mites, & humiles corde, & non ſolum amicos, ſed etiam inimicos toto animo diligamus &c. Vnde nec Summus Pontifex propter huiuſmodi humilitatem cedere debet locum ſuum, cum contemptu, & damno ſupremæ dignitatis quibuſcũque inferioribus, cuius vis conditionis, & ſtatus. Idcirco idem D. P. Aug. dicit, ſeruate gradus veſtros,

Mat. 11. a. D. P. Aug. de temp. ſer 61. Pet Apo. Epiſt. 1 c. 2.

D. P. Aug. lib 4 ... Dom. ſer 46.

Q 2 ſeruat

ſeruat enim Deus honores veſtros: adeo quòd Summus Pontifex, & quilibet homo poteſt humilitatem amare, & puro corde ſequi, ſeruando gradatim gradus ſuos, abſq; ſuæ dignitatis, vel ſtatus contemptu &c. & ſic patet ſolutio ad huiuſmodi argumentum per præſentem reſponſionem, & etiam per præcedentem. Nam clarum eſt, nullos Pontifices ſe cæteris ſuperioribus terrenis totaliter: ſed quantum ad aſſigna ſecundum compromiſſionem factã, vel faciendã &c.

in ord. & ſecũdũ Lucã ſer. 23.

Ad ſextum argumentum reſpondetur ad mentem D. Thom. dicentis, Verba illa Domini Matth. 19. eſſe tripliciter intelligenda, ſeu gloſanda. Primo miſticè, vt non poſſideamus aurum, neq; argentum, idest vt Prædicatores non innitantur principaliter ſuperbiæ, & eloquentiæ temporali, vt exponit D. Hieronymus; alio modo eſſe intelligẽda, illa verba ſic ſim͠g ex ponit D. P. Aug. vt intelligatur, Dominum non præcipiſſe: ſed magis permiſiſſe, vt abſq; auro, & argẽto, ac alijs ſumptibus, irent ad prædicandum ſumptibus auditorum &c. Dignus eſt enim operarius mercede ſua &c. tertio modo exponit de mẽte D. Io. Chriſoſt. vt intelligatur, Dominum per illa verba præcipiſſe quantum ad illam miſſionẽ de Diſcipulis, qui mittebantur ad prædicandum Iudæis, & per hoc excitarentur ad confidendum de ipſius Chriſti virtute, qui eis abſq; ſumptibus prouidebat: ex quo tamen non obligantur ipſi ſucceſſores &c. ſic etiam tenet B. Egid. noſter Rom. dicens, & oſtendens, cur diſcipulos nec poſſidere, aut ferre Dominus noluerit: non quod hu-

D. Th. 2. 2 q. 185 ar. 6. ad 2. argum.
D. P. Aug. de Cõſenſ. Euang. Luc. c. 10.
B. Eg. Rõ. in defenſ. D. Th. q. de Virtutib. art. 1.

huiuſmodi neceſſaria, non ſint ſubſtentationi huius vitæ, ſed quia eos ſic mittebat, vt eis hæc deberi monſtrarent; verbis illis ipſis, quibus euangelium credentibus annunciarent, tanquam ſtipendia militantibus, tanquam vineæ cultoribus, & tanquam lac gregis Paſtoribus. Vnde D. Apoſt. dicit, quis militat vnquam ſuijs ſtipendijs, plantat vineã, & de fructibus illius numquam comedit, quis paſcit gregem, & de lacte gregis numquam percipit? quaſi dicat nemo. & ſic patet Reſponſio &c. D. Apoſt. 1. Cor. c. 9.

Ad ſeptimum argumentum reſpondetur quòd D. Apoſt 2. ad Tim. c. 2. nemo militans &c. ſic eſt intelligendus ad mentem D. Thom. dicentis, quòd Religionis ſtatus eſt ordinatus ad charitatis perfectionem oſtendendam; ad quam principaliter pertinet Dei Dilectio, ſecundario autem Proximi dilectio; & ideo Religioſi præcipuè, & per ſe debent intendere ad hoc, quòd Deo vacent: ſi autem neceſſitas proximis immineat eorum negocia ex charitate agere debent ſecundum illud D. Apoſtoli, Alter alterius, onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti: quia in hoc ipſo quòd Proximis ſeruiunt propter Deum, Dilectioni obſequuntur diuinæ: modo ſic dici poteſt ad rem noſtram, cum Summus Pontifex dicatur, ſeruus ſeruorum Dei ſecundum communem appellationem, & præcipuè Beati Egidij noſtri Roman. declarantis huiuſmodi Pontificale titulum. & de mente Diui Patris Auguſtini dicentis, ille qui vobis præeſt D. Th. 2. 2. q. 187. ar. 2. in corp. D. Ap. ad Gal. 6. c. B. Eg. Ro. quol. 3. q. 6. D. P. Aug. in Reg. ad 2. adcp.

non

non ſe exiſtimet poteſtate dominantem: ſed charitate ſeruientem &c. & ſic Dominium temporale Summi Pontificis, vt temporale eſt, eſt pia in Deum ſeruitus &c. Hinc optimè dixit ad rem idem B. Egid. gloſans illud Sapientiæ, Creaturæ factæ ſunt in odium, & in tentationem hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium, dicit, Hoc accidit ratione rerũ abuſus &c. & non autem, ratione veri, & legitimi vſus: quia ſi benè vtimur eis, manu ducimur in Deum, & ſic habere nummos, ac diuitias ratione boni vſus ſine peccato, omnibus licet, tam Religioſis, quam Laicis: ergo etiam S. M. E. Catholicæ licebit &c. & idẽ B. Egid. dicit, creaturæ factæ ſunt in odium, & impedimẽtum hominis propter inſipientiam eius: quia ipſe neſcit bene vti creaturis, ſi enim bene ſciret vti eis, eſſent omnia ad profectum eius; patet ergo quomodo liceat Summo Pontifici, ceteriſq; Religioſis, ſe implicare ſæcularibus negotijs, ſic etiam, & temporali dominio vti ratione boni vſus &c.

B. Eg'd. 2. ſent. diſt. 1 q. 1. art. 1. ad 2 arg. n. 4.

B. Eg. eadẽ diſt. p. 2. q. 1. art. 4 ad 4. arg.

Ad octauum Reſpondetur ſic, quòd D. Apoſtolus fuit vtiq; coactus Cæſarem appellare &c. non quòd ſe Cæſari ſubiecerit: ſed quia, vt, dicit D. P. Aug. neceſſitas non habet legem, & vulgo dicitur, vis rationem ſuperat, & licet vim vi repellere, & ſic non propter hoc ſtante tali coactione, ſiue neceſſitate, D. Ap. ſe Cæſari ſubiecit &c.

D. P. Aug. in ſoiil. c. 2 & l. vnica ff. de off. & 1. ff. de Vit. & vt & l. 3. §. cũ agitur.

Ad nonum Reſpondetur quòd & ſi maxima adſit peccandi occaſio apud inſipientes temporalia adminiſtrantes; tamen eſt etiam maxima merendi occaſio

apud

apud ſapientes rectè temporalium bonorum adminiſtrationem exercentes, iuxtà illud Eccleſiaſt. qui potuit transgredi, & non eſt transgreſſus; facere mala, & non fecit: ideò ſtabilita ſunt bona illius in Domino &c. hinc cũ Sũmi Pontifices ſint, & debeant eſſe ſapientes, adminiſtrando temporale dominium rectè, vt debent, potius habent occaſionem merendi, vel maioris meriti, quam peccandi, vel peccati; qua de re B. Egidius noſter Romanus ad rem optimè dicit, Summum Pontificem eſſe in ſtatu maioris meriti, ſi bene ſuum exerceat officium &c. & B Aug. noſter Anconitanus ſimiliter docet, qualiter exiſtentes in aliquo perfectionis ſtatu, poſſunt exercere adminiſtrationẽ, ſiue habere ſollicitudinem bonorum temporalium, quia cum habeant prouidentiam, quæ importat ordinatam diſpoſitionem bonorum temporalium, poſſunt euitare ſollicitudinem, quæ importat ſæpè mentis diſtractionem, quæ aliquando dicit aliquam imperfectionem, &c. tribus autẽ modis fieri poteſt, vel haberi talis ſollicitudo erga temporalia bona, aut. n. talis ſollicitudo tanta eſt, quòd tollit charitatis terminum, & complementum, aut quòd tollit charitatis feruorem, & augumentum, aut quòd tollit propriè contemplationi pro ſalute proximorum, delectamẽtum: primo modo, talis ſollicitudo in temporalium adminiſtratione eſt peccatum mortale. Si temporalia bona præponerentur bonis ſpiritualibus, tanquam finis &c. Secundo modo eſt peccatum veniale, cum appetitus ſenſitiuus intentus circa temporalia tra-

hat

c. 31.

B. Eg. Rõ. quolib 3. q. 6. adult. arg.

B. Aug. Anc. lib. de pot. eccl. q. 101. art. 5. in corp. art.

har appetitum intellectiuum, ſicut ſphera, ſpheram, vt dicitur, non poteſt fieri aliquo modo, quin adminiſtratio temporalium diminuat, vel remittat feruorem claritatis. voluntatem inflammantis. Finis tamen non tollitur: ſed feruor tendendi in finem aliquo pacto remittitur, & ſic eſt peccatum veniale tantum tertiò modo adminiſtratio temporalium pro ſalute proximorum, vt temporalium adminiſtrationē ad bona ſpiritualia inducat, datoq; ad tēpus ſuæ propriæ contemplationis delectamentum non haberet: tunc nec veniale, nec mortale peccatum eſt: ſed eſt ſummæ perfectionis, & meritum ſalutare. Vnde D. Apoſt. elegit carere ad tempus, non ſolum contemplationis præſentis: imò, & futuræ beatitudinis delectamento pro ſalute proximorum, cupio anathema eſſe pro fratribus meis &c. ac etiam adduci poteſt exemplum de ſancta Martha miniſtrante Domino Ieſu Chriſto, & diſcipulis eius de facultatibus ſuis &c. Quapropter carere non debuit premio ſuorum laborum, atq; caritatis: poterit itaq; ſic dici de ſummo Pontifice, qui dicitur ſeruorum Dei ſeruus, & nō ſine maxima ratione (vt pluries ſuperius probatum eſt) & ſic ſcire optime adminiſtrare temporalia ſub hoc fine prædicto, & temporaliter dominari non eſſe malum: imò valde bonum. Meminerint ergo aduerſarij oppoſitum tenentes, atque defendentes; Philoſophum docuiſſe, opiniones ſtultas ad modū ſcrutari; fortaſſe ſtultum eſſe &c. Sicut modo eſt iſta aduerſariorum falſa poſitio &c. Idcirco D. Proph. Da-

D. Ap. ad Phil. c. 1.

Luc. c. 10.

Philoſ l. 3 de part. al. c 3 & 1. top. c. 9.

uid.

rid,admonens, atq; omnes docens,dixit,Dn̄s in Cœlo parauit ſedē ſuā,& regnū ipſius oībus dominabitur:ſed pręſentis tēporis Eccleſia de mente D.Gregorij dicitur regnū Dei.Ergo oībus alijs regnis tāquā Dei Regnū iuſtè dominari pōt, poteritq; sēper, nō dū ſpiritualiter,verū etiā tēporaliter:quia oē ꝙ recipitur,recipitur ꝑ modū recipiētis ſm̄ Phil.& ſm̄ Aueroē Comētatorē, & ſm̄ B.Eg.nr̄m,& ſm̄ tādē Paulū nr̄um Venetū:ſed Poteſtas Eccleſiaſtica,ſeu ſuperioritas recipitur à Populis Chriſtianis,&c.ergo recipi debet ab eiſdē ſm̄ eorū modū: quo circa cū ipſi Populi ſint ſpirituales,& tēporales, ergo ſpiritualiter,& tēporaliter recipere debēt ſuperioritatem Eccleſiaſticam &c. & ſic diffusè, & ſatis apertè patet ſolutio ad idem argumentum. *Pſal. 102. D.Greg.ſuper Matt. cap.25. Phil. 3. de aīa tex.& com.5. Auer. com. lib.d ſubſt. orb.c.2. B.Eg. Rō. 2.ſent.d.17 q.2.art.1. Paul.Ven. li.2.ſGen. tex.52.q.2 ad 4.*

Ad decimum reſpondetur ad mentem D. P. Aug. primo loco exponētis dictū Saluatoris Matt.c.6. videlicet,nemo pōt duob⁹ dn̄is ſeruire &c.dicit ergo ibidē ſub inferēdo minorē, non poteſtis ſeruire Deo,& māmone,ſm̄ ꝙ etiā intulit idē Saluator,mām͂ona apud Hebreos diuitiæ appellari dicūtur.Cōgruit,& punicū nomē,nā lucrū punicè māmon dr̄; Sed ꝙ ſeruit māmonæ illi vtiq; ſeruit,qui rebus iſtis terrenis meritò ſuę peruerſitatis,præpoſitus magiſtratus huius ſæculi à Dn̄o dicitur. aut .n. vnū odio habebit, homo, & alterū diliget,ideſt Deū,aut alterū patiet & alterū cōtemnet,patietur .n. durū,& pernicioſum dominum, quiſquis mammonæ ſeruit:ſua .n. cupiditate implicatus, ſubditur Diabolo, & non eum *D.P.Aug. li.2 de ſer. Domini in monte c.14* *1. Reſpon.*

 dili-

Digitized by Google

diligit, Quis.n. eſt, qui diligat Diabolũ? Sed tñ ipſũ patit &c. tota ergo prauitas dominãdi tẽporaliter cõſiſtit in abuſu Dñi j, nõ autẽ in vſu recto &c. ſicut de facili colligitur ex prędictis auguſtinianis dictis &c.

2. Reſp. Egi Rom. quoli 3. q. 6. ad ult. arg. Vel reſpõderi põt aliter ad mẽtẽ B. Eg. nñ Rom. Et ſi ipſi reges, & Principes ſint ſuorũ Ciuium ſerui: *Prælati* tñ ſpirituales magis ſe reputare debẽt ſuorũ ſubditorũ ſeruos: imò *Papa*, qui oĩb⁹ præeſt, quodãmodo oĩb⁹ ſeruit Propter ꝙ ipſe ſe ſcribit *Dei* ſeruorũ ſeruũ &c. ſeruitiũ aũt dupliciter cõſideratur. nam ſubditi ſeruiũt ſuis Prælatis obediẽdo, & Prælati ſeruiũt ſubditis pro eis vigilãdo, & pro eorũ obediẽtia attẽtè ſe habẽdo &c. ex quo colligitur qualiter Papa dominetur, & ſeruiat: ſed hæc oĩa nõ ad duos Dños reducũtur, ſed ad vnũ tantũ Dñum, nẽpè Deũ, & ſic Papa cum dominatur tẽ poraliter, & ſpiritualiter: nõ ſeruit duob⁹ dñis, ſed vni tm̃ Deo. Vel aliter Reſpon-

3. Reſp. deri põt quòd vera eſt illa Saluatoris ſentẽtia, nemo põt &c. ſimul, & ſemel, & quando Dñi ſunt contrarij: ſed ſucceſſiuè, ſi quis ſeruiat duobus Dominis, vel dominijs non oppoſitis, nullũ ſequitur inconueniens, at dominari ſpiritualiter, & temporaliter, non ſunt oppoſita: ſed potius diſtincta, vniuntur tñ in

Simile Summo Pontifice, ſicut ſpecies in genere, & ſic patet ſolutio 3. ad hoc argumentũ. Supereſt ergo tandẽ, vt concludamus præſentem tractatũ, Vltimumq; caput ad Dei laudem, ſedıſq; Apoſtolicę firmitatem, Populorumq; notitiam, atq; vtilitatem. Amen.

TERTII

Digitized by Google

TERTII TRACTATVS RATIONALIS VTRIVSQVE Poteſtatis Eccleſiaſticæ.

De obedientia Summo Pontifici Romano vtroque modo exhibenda.

CAPVT PRIMVM.

DIuus Pater Auguſtinus in Regula ſua ad fratres ſuos Eremitas primo loco dicit, Præpoſito tãquam Patri obediatur: multo magis Presbytero, qui omnium veſtium curam gerit; at Summus Pontifex eſt Præpoſitus toti Eccleſiæ, & Summus Sacerdos, qui omnium Chriſtianorum curam gerit, ſicut egregiè docet B. Egid noſter Rom dicens quòd vouet ſe redditurum rationem de omnibus ſibi commiſſis, ergo Summo Pontifici obedire tenetur omnes tanquam Patri, cui filij non ſolum in ſpiritualibus: ſed etiam in temporalibus obedire debent, & ſolent. *B. Egi. Rõ. lib. de renũciat. Papæ c. 3. 1. p. c. 13.*

Præterea grauius eſt offendere æternam maieſtatem, quam temporalem, vt dicitur in Aut. ſed rebelles ac contumaces Papæ offendunt æternam maieſtatem, ergo obedire debent, minor probatur per Saluatorem, quòd vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis (poteſt intelligi, ſiuè in bono, ſiuè in malo) mihi feciſtis, & Lucæ, qui vos audit, me audit, *Aut. C. de hæret.* *Mat. c. 25.* *cap. 10.*

Digitized by Google

qui vos recipit, me recipit; qui vos ſpernit, me ſpernit &c. Qua de re cum Summus Pontifex, non ſit minimus, ſed maximus; non vtique contemnendus eſt, & eo magis quia legitur in Clemen. Peccatum paganitatis incurrit, qui cum Chriſtianum ſe aſſerat, ſe apoſtolicæ obedire contemnit ſedi, & parum infra; cum igitur in Eccleſia triumphante ſit vnus Princeps ſupremus, cuius obedientiæ tota ipſa Eccleſia perfectiſſimè eſt ſubiecta; ſcilicet Deus: neceſſariò ſequitur toti militanti Eccleſiæ vnum ſupremum Principem præſidere, nempè Papam, cuius præceptis omnes obedire tenentur, & hoc eſt de neceſſitate ſalutis &c. Hinc clarè colligitur qualiter omnes fideles Papę præcipienti obedire tenentur, de iure diuino, ac humano, etiam contradicente quacunque terrena poteſtate; cum Eccleſia militans exẽplata diuinitus ſit à triumphante; dicente D. Io. Vidi Hieruſalem nouam, ſanctam deſcendentem de Cœlo &c.

Clem lib. 4 tit. de Here. in Gloſ. ſuper cap. ad noſtrũ &c. talia

D. Io. Ap. c. 21.

Præterea B. Aug. noſter Anconitanus fundamentaliter dicit vniuerſorum Domino obediendum eſt, at cum Papa ſit Vicarius Domini vniuerſorum, ipſi obedire neceſſe erit, maior probatur; Domine in ditione tua cuncta ſunt poſita &c. & Pſal Domini eſt terra, & plenitudo eius &c. & in corp. art. idem B. Aug. probat per Philoſophum dicentem, entia nolunt malè diſponi: ideo vnus Principatus, & vnus Princeps. Princeps autem Supremus meritò quidem eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius

B. Augu. Anc. li. de pot. Eccl. q. 42. ar. 3 Heſter. c. 13. 25. Philoſ. 12 Met.

Vica-

Vicarius eſt ipſemet Papa. Ergo eidem obediendũ eſt &c. & per Danielem, aſpiciebam, & ecce in nubibus cœli, quaſi filius veniebat, & vſque ad antiquũ dierum peruenit, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum, & omnes Populi, & tribus ſeruient ipſi: vbicunq; autem eſt fons, & origo, ad quam omnia reducuntur, in talibus per præceptum inferioris, non tollitur obedientia ſuperioris, ſiue ſuperiori debita. Vnde Gloſ. dicit, ſi aliquid mandat *Procurator*, & aliud Præſul, obediendum eſt Præſuli, non autem Procuratori: Sic etiam dicit D.P. Aug. Accipiens illud D. Apoſtoli, qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & damnationem ſibi acquirit &c. ponẽs itaq; obediendi ordinem, accipit illud exẽplũ de *Præconſule*, & de Imperatore præcipiẽtibus &c. dicens, magis obediendũ eſſe Imperatori, quam pręconſuli, &c. modo à pari, ſi aliud mandaret Papa, & aliud quęuis alia humana, terrenaq; poteſtas, procul dubio potius obediendũ eſſet *Papæ*, tanquã maiori præcipienti, non autem cæteris inferioribus poteſtatibus, & additur id, quod vulgo aiunt: Vbi maior, minor ceſſat: ſed ſine aliqua comparatione Papa, ſeu Summus Pontifex omnibus alijs *Principibus* dicitur, & eſt maior: ergo eidem principalius obediendum eſt &c. ſequitur idem Beat. Auguſtin. eadem quæſt. eodemque artic. dicens, Verum eſt quòd Iuſtitia per fidem Chriſti eſt confirmata, non autem extirpata; ex eo quia ad rem, dicit D. Apoſt. omnis Poteſtas à Domino Deo

ad Rom. c. 13.

D.P. Aug. li. de Verb. Domini ſecũdũ Mat. ſerm 6.

Apoſt. ad Rom. c. 13.

communis animi conceptio

Apoſt. ad Rom. c. 13

eſt

eſt & ideo ſicut Papa debet eſſe omnis Iuſtitiæ obſeruator & omnium Principatuum inſtitutor, ſine quibus Iuſtitia minimè ſeruari poſſet. Ita ipſi Papæ primo obediendum eſt; cum ſit cunctarum aliarum dignitatum principalis iuſtitutor: idcirco ad rem additur etiam ad mentem D. Thom. Non obedire Præceptis cum rebellione quadam conſtituit rationem Schiſmatis. Dico autē cum rebellione, cum pertinaciter præcepta, & iudicium eius, nempè Papæ contemnuntur (vt dicitur in Corp. eiuſdem art.) ſubire recuſatur. Vnde idem D. Thom. eadem quæſt comparás peccatum infidelitatis ad peccatum Schiſmatis, dicit, peccatum Infidelitatis eſſe grauius peccato Schiſmatis: quia maiori bono cōtrariatur, ſicut peccatum contra Deum, & contra proximum, primum eſt contra Deum, ſecundum quod eſt in ſe prima veritas, cui fides innititur; Schiſma autem eſt cōtra Eccleſiaſticam vnitatem; quæ eſt quoddam bonum participatum, & minus quam ipſe Deus. Vnde manifeſtum eſt peccatum infidelitatis ex ſuo genere eſſe grauius, quam peccatum Schiſmatis, licet contingere poſſit, quòd aliquis Schiſmaticus grauius peccet, quam infidelis, vel propter maiorem contemptum, vel propter maius periculum, quod inducit, vel propter aliquid huiuſmodi &c. & ſic hæc vltima particula maximè facit contra rebelles, & inobedientes Papæ. Ob id promptius, & libentius omnes homines eidem obedire deberent, ad euitāda huiuſmodi, & alia damna, tam ſpiritualia, quam temporalia:

D. Th. 2. 2. q. 39. ar. 1. ad 2. arg.

art. 2. in corp.

Cōparatio infidelit. ad Schiſma.

ralia: quia obedientia perfecta tentat implere: quodammodo impoſſibilia, vt optimè dicit, & docet B. Egid noſter Rom. ergo multo magis debent temporalia, & ſæcularia, quæ ſunt facilia, non autem impoſſibilia obedientiæ Summi Paſtoris ſupponere iugo &c. *B Eg R6. 2 ſët diſt. 44.q.2 ar. 3 dub latt rali ad 2.*

Prætetea B. Aug noſter Anconitanus, fundamentaliter probat, omnes Chriſtianos teneri magis obedire Papæ, quam proprijs Dominis temporalibus: ex eo quia, ſicut commune bonum prçponendum eſt particulari bono: ita à pari Papa, cum ſit communis omnium Dominus, ſic communiter prçomnibus alijs, omnes fideles magis tenentur obedire ipſi Papç, quam proprijs Dominis temporalibus &c. Vnde in Corpore eiuſdem articuli idem docet modos obediendi diuerſis dominis. Primo namque modo quantum ad interiorem voluntatis motionem, Homo ſoli Deo tenentur obedire, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, in quantum ſuperiores ſunt poteſtates, eiſdem obedientia prçſtatur: planum eſt autem, quòd Homo in motibus voluntatis, nullum habet ſuperiorem, niſi Deũ &c. ideo dicitur, audiam quid loquatur in me Deus meus &c. Secundo modo quantum ad totius Religionis Chriſtianæ conuerſationem, omnis Chriſtianus tenetur Papæ obedire: quia ad ordinandũ quantum in Religione Chriſtiana cauendum ſit, nullus eſt ſuperior ipſi: cum ſit medius inter Deum, & populum Chriſtianum, de Moyſe loquentes filij Iſrael,

lib. de Poteſt. Eccl. q. 22. art. 4

diuerſi modi obediẽdi diuerſis dominis.

Gloſ D. P. Aug ſup illud ad Rom. c. 13.

Pſal. 84.

Exod c. 24

pæ, & ſi præciperet talia. Dicit ergò, quæ præcipit Papa vel ſunt de iure diuino, vel naturali, vel poſitiuo, quæ ſunt de iure diuino, non eſt obediendum Papæ ſi aliquid mandaret, ſeu præciperet contra ipſa, vt ſi præciperet, quòd aliqua creatura, honore latriæ honoraretur, vel adoraretur, vel quòd nomen Dei in vanum aſſumeretur, & ſic de alijs &c. ſic etiam dicit B. Egidius noſter Rom. *&c.* dat exemplum de *Patre* præcipiente Filio aliquid contra Deum, cui *Patri* filius nullo pacto obedire tenetur; imò valde reſiſtere *&c.* vnde cum *Papa* ſit, *&* dicatur omnium Chriſtianorum pater, Ergò *&c.* Si autem præcepta *Papæ* eſſent contra ius naturale, vt furari, fornicari, innocentem occidere, vel quòd homo matrimonium non contraheret, vel non manducaret, &c. in ſimilibus Papę non eſt obediendum, etiam ſi pręciperet &c Si verò præcepta Papæ eſſent contra ius poſitiuum, quod ab ipſo Papa dependet, vel per immediatam editionem, vel per confirmationem, vel approbationem: vt eſt ius ciuile; tunc ſicut eiuſdem Papæ eſt omnia pręcepta iuris poſitiui condere, confirmare, & interprætari: ita eiuſdem eſt, omnia tollere in toto orbe terrarum, vel in parte *&c.* ſic in talibus eidem Papæ obediendum eſt, ſecundum quòd ipſe mandat, vel mandaret, etiam ſi mandaret aliquid contra tale ius poſitiuum, vel aliter interpretaretur, quam ſcriptum ſit, *&* obediendum eſſet ipſi tali modo, *&* ordine præcipienti; cum ergo *Papa* aliquid pręcipit non contra ius tale, ſed ſecundum

modi nõ obediendi.

D. Eg. Rõ. 2. ſent. d. 44 q. 2 ar. 3. dub lat. ad 1. arg.

De hac Eccleſ libert. infer. abũdantius dicitur. Tract. 5.

Sępe accidit ipſis inſurg. q̃ uulgò dicitur; uolẽtes cũ tarẽ cherib dim. icidũt in ſyllam.

idem vis, pro defenſione propriæ auctoritatis, ſiuè facultatis, libertatisq; Eccleſiaſticæ, contra quam ſæpè, ac ſæpius multi inſurgunt populi abſque vlla ratione, non conſiderantes, atq; attendentes dictam libertatem Eccleſiaſticam antiquis temporibus fuiſſe conceſſam, præceptam, accerrimèq; protectam, tanquam iuſtam, laudabilem, atq; honeſtam, vt patet inter D. Sylueſtri Papæ decreta, præcipuè, ne clericus dicat, vel dicere poſſit cauſam ſuam apud laicũ iudicem, qui in clericos, vel contra eoſdẽ cauſam acciperet, minimè ſe intromittat &c. ſicque D. Thomas Martir Epiſcopus Cantaurienſis, pro eadem libertate Eccleſiaſtica tuenda fortiter dimicauit, & potius martirium, ac mortem ſuſtinere voluit, quam dimittere huiuſmodi libertatem Eccleſiaſticam &c.

admonitio ad inobediẽtes.

Deut. c. 32

cap. 9.

Nulla ergo adeſt reſiſtendi ratio, & cauſa &c. Videant ergo ſimiles Populi inobedientes ſeu cõtumaces, ne de ipſis verificetur illud Moyſis dictum, incraſſatus eſt dilectus, & recalcitauit, incraſſatus, impinguatus, & dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo &c. & in Actibus Apoſtolus Saluator Diuum Apoſtolum Paulum, tunc Saulum admonuit, dicens, durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare, & ſic præſenti capiti finem imponimus.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

In quo auctor ſequitur agere de eadē obedientiæ materia.

BEatus Auguſtinus noſter Anconitanus eodē lib. de Poteſt. Eccleſiaſt. fundamentaliter probat eamdem obedientiam Summo Pontifici Romano, ſiue Papæ præſtandam. Nam Papa toti Præeſt Eccleſiæ Vice Chriſti, qui habet plenā iuriſdictionem ſuper omnem creaturam, iuxta illud D. Apoſt in nomine Ieſu omne genufle&tatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum &c. & Matth. *q.23.ar.1. Apoſt. ad Philip. 2.* *Data* eſt mihi omnis poteſtas in Cęlo, & in terra &c. *Mat c.28.* & Gloſ. ſuper illud Pſalmi Dominabitur à mari uſq; ap mare &c. *Pſ.71.* Vide ergo quam ſit latum Chriſti regnū. Ideſt à quolibet fine terrę, vſq; ad quēlibet finē &c. ac ſi diceret dominabitur toti orbi ſimpliciter; at nullus poteſt ſe ſubſtrahere ab obedientia eiuſdē de iure, ſicut nullus poteſt ſe ſubtrahere ab obedientia Dei, ſic nec Chriſti, nec eiuſdem Vicarij: quia ſicut Chriſtus à patre recepit ducatum, ſeu regnum, & ſceptrum Eccleſiæ ſuper omnem principatum, & poteſtatem &c. ſic etiam communicauit ipſi Petro, *D. Cyrill. Alex. lib. Teſſaur.* & ſucceſſoribus ſuo modo, vt dicit D. Cyrillus Alexandrinus; ergo obedire ipſi Papæ quilibet tenetur: *D.P.Aug in Pſ. 70.* eo magis quia dicit D. P. Aug. omnis inobedientia culpata, & per inobedientiam captiui facti ſumus.

Præterea Pagani, ſeu gentililes, & cuncti infideles non poſſunt ſe ſubtrahere ab obedientia Papæ; ergo

Digitized by Google

F. Aug. An con. libs de pot. eccl q. 23. art. 1. ad 3. arg.

multo minus fideles per regulam logicalem, a minori ad maius, & probatur aſſumptum per B. Aug. Anconitanum dicentem, diſtinguendum eſſe ſic, eſſe de Eccleſia poteſt intelligi tripliciter: primo modo de iudiciaria poteſtate, & ſic oẽs ſunt de Eccleſiaſtica poteſtate, tam boni quam mali, fideles, & infideles: quia ſicut omnes habent vnum Deum, ſic omnes de iure debent habere vnum Paſtorem, vicem Dei gerentem, & ſic patet quomodo infideles, obedire tenentur dicto Dei Vicario &c. cum ſint de ſua iudiciaria poteſtate. Secundo modo imitatione, & voluntate, & ſic ſoli fideles, & boni ſunt de Eccleſiaſtica poteſtate Tertio modo occaſionaliter fructuoſa vtilitate, & ſic omnes Pagani, & infideles poſſunt dici etiam de Eccleſia: dicit enim D. P. Auguſtinus, quòd Catholica Eccleſia per totum orbem longè lateq; diffuſa, omnibus vtitur ad profectus ſuos: nam vtitur Paganis, & gentilibus ad materiam operationis ſuæ: Hæreticis ad probationem doctrinæ ſuę Schiſmaticis ad documentum ſtabilitatis ſuæ: Iudæis ad comparationem pulchritudinis ſuæ: omnibus tandem gratiæ Dei participandę dat poteſtatem, ſiue illi formandi fide, vt Pagani, ſiuè reformandi ſicut Hęretici, ſiuè intelligendi, ſicut Schiſmatici, ſiuè admittendi ſicut Iudæi. Clareret ergò quomodo omnes ſunt de Eccleſia, & tenentur obedire Papę principali eiuſdem Capiti, & pręcipuè omnes Chriſtiani; quocirca optimè dicebat D. P. Auguſtinus, primus homo

S. Aug li. de vera Relig.

Pulchra quasi.

mo

mo poſitus in Paradiſo ſub præcepto audiuit a domino Deo, noli (inquit) tangere hanc arborem, quid eſt enim illa arbor? ſi bona eſt, quare non tango? ſi mala eſt, quid facit in Paradiſo? prorſus in Paradiſo eſt: quia bona eſt: ſed nolo eam tangas, quare non tango? quia obedientem te volo, non contradicentem ſerue audi, adhuc ſerue, ſed noli malè ſeruire, ſerue audi prius domini iuſſum, & tunc iubentis diſce conſilium. Bona eſt arbor, nolo tangas, quare? quia dominus ſum, & tu ſeruus, hæc tota cauſa eſt, ſi parua eſt, dedigneris eſſe ſeruus: quid autem tibi expedit, niſi eſſe ſub domino, quomodo eris ſub domino, niſi fueris ſub præcepto, & parum infra eodem ſermone dicit, neceſſe ab aliquo prohibendus eras, non propter illius arboris malitiam: ſed propter tuam obedientiam, non potuit Deus perfectius demonſtrare, quantum bonum ſit obedientia niſi cum prohiberet ab ea re, quæ non erat mala, in qua obedientia tenet palmam, & ſola inobedientia inuenit pœnam, bona eſt: ſed nolo tangas, bona eſt: ſed melior eſt obedientia, & inobedientia te morti ſubiecit &c. Ita ad rem noſtram, vetita à Sum. Pont. & ſi inobedientibus, vſurpantibus videantur bona pro ipſis, vt vſurpare, & impedire libertatem Eccleſiaſticam, necnon perſonas Eccleſiaſticas: inſuper & iuriſdictionem Eccleſiaſticam perturbare, quouis modo directè, vel indirectè moleſtia afficere: tamen abſtinere debeat

S. Aug. l. de ver. dñi in D. Luc. ſer. 34.

notab. dict.

pulcher. dicti S. Auguſtini.

beat, & omninò non tangere ea, quæ verè, & iuſtè vetita ſunt ab ipſo Summo Pontifice. Quoniam, vt dicit ſupra immediatè D. P. Aug. obedientia tenet palmam, & inobedientia inuenit pęnam, ideſt mortis: quia dicit, inobedientia morti te ſubiecit: ideo, dicit etiam melior eſt odedientia, videlicet omnibus a lijs &c. idcirco Sacrum Concilium Tridentinum meritò Pontifices Maxim. pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita, cauſas aliquas criminum grauiores ſuo potuerunt peculiari reſeruari iudicio &c. En ergo præcipiendi ſumma poteſtas, quæ quidem proculdubio ſemper (tamquam ſuum correllatiuum) reſpicit ſubditorum obedientiam, cũ dicat idem Sacrum Conc. Trid. eadem ſeſſione, & capite in principio: quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos feratur &c. at omnes, præcipuè Catholicos ſubditos cognoſcit (vt patet eodem Sacro Concilio Trid. ergo omnes tanquam veri ſubditi obedire debeat, & tenētur principali Eccleſiæ Capiti, à quo ſecũdum quòd præcepta exeunt, pro tēporis neceſſitate ac congruētia, nec audire debent quouis pacto, & prætextu aduerſantium cauillationes, ſophiſmata, atque diabolicos laqueos, dicente D. N. Ieſu Chriſto, eſtote prudentes ſicut Serpentes, & ſimplices, ſicut Columbæ &c. Serpentes namque (vt communitr aiunt) totum corpus flagellis exponunt pro capitis defenſione, & ſalute, præcipuè idem docet D. P. Aug. ad Fratres in Eremo, vbi idem diffuſè declarat, ac docet

Conc. trid. ſeſ. 13 c 7

Conc. Trid ſeſſ. 25. c. 20.

Matt. 9.

D. P. Aug ad frat. in Her. ſer. 4

cet addens de prudentia quod ipſa docet quid fugiẽdum ſit, & quid tenendum &c. ſic ad rem noſtrã *&c.* *&* ſimplices, ſicut columbæ ſine malignitatis felle: nunc autem caput noſtrum, non ſolum eſt ipſe Chriſtus: ſed etiam eiuſdem Vicarius: pro quo, & non cõtra, vnuſquiſque fidelis pro viribus pugnare debet.

Præterea D. Thom. ſic docet, quicunq; facit contra debitum iuſtitiæ mortaliter peccat, pertinet autem ad debitum iuſtitiæ, quod quis ſuo obediat ſuperiori, in his ad quæ ius *P*ręlationis ſe extendit, at Summus *P*ontifex eſt ſupremus ſuperior, & ius Prælationis eiuſdem ſe extendit ad omnia quę iam dicta ſunt ſuperius. Ergo recuſantes eidem obedire, peccãt mortaliter. &c. cum ſit vniuerſalis ſuperior, & iudex, coroboratur eadem ratio à Paulo noſtro Fraſſinello Bononiẽſi in ſuo libello de Sacerdotum obligationibus ad miſſas pro alijs ex iuſtitia celebrandas de mente D. Tho. dicentis, quòd id quod eſt in re graui contra iuſtitiam eſt peccatum mortale. Nam illud quod eſt contra charitatem, quæ eſt vita animæ, eſt peccatum mortale. Sed facere contra iuſtitiam, eſt contra charitatem; quia facere iniuſtum, eſt alteri nocumentum inferre: quodcunq; autem nocumentum alteri illatum charitati repugnat, ergo facere contra iuſtitiam in re graui, vt aduerſatur charitati eſt peccatum mortale, Sub infertur minor; ſed non obedire Summo Paſtori eſt facere contra iuſtitiam, & conſequenter cõtra charitatem: ergo eſt peccatum mortale. Idcircò idem Paulus Bononienſis in Exordio eiuſdem

D. Tho. 2. 2. q. 69 ar 1. in corp. art.

Paulus Bononienſis de ſacerdotum obligationib. ad miſſas fundamento 8.

D. Th 2. 2 q. 59. ar 4.

eiuſdem libelli ſatis abundè laudat obedientiam exhibitam, & exhibendam *Prælato* à ſubditis, habenti iuriſdictionem. At Papa ſummam habet iuriſdictionem inter omnes principaliter; ergò eidem ſemper obediendum eſt, idcircò idem *Paulus* eodem libello, ponit Papam in primo loco, & Imperatorem in ſecundo, & ſic de ſingulis, ergo Papæ tanquam maiori omnibus alijs, maior obedientia ab omnibus iure optimo eſt exhibenda.

ſur. domēt 5. de ſi uct. mi. & in i ſi uciu.

Præterea iuris præcepta ſunt hæc, *honeſtè viuere*, alterum non lædere, ius ſuum vnicuique tribuere; at inobedientes, non viuunt houeſtè, ſupremum ſuperiorem, ac Dei Vicarium ſpernentes, offendunt iuſtitiam, obedientiam mandãtem, & ius obedientię Sũmo *Pont.*, cui primo obedire tenentur, ergo idem quod ſupra: quia quod ſemel approbatur non debet reprobari: modo cum omnes Chriſtifideles, non ſemel tantum: ſed pluries approbauerint, obedientiam Summo Pontifici Romano eſſe præſtandam, ergò obedire debent ſub pœnis ſuperius tactis &c. Confirmatur: quia ius eſt ordo ęqui, & boni, cuius meritò, quis nos Sacerdotes appellat, bene annunciatur nobis bonum, quod omnia appetũt: ideò omnes obedire debent Summo Pontifici Romano propter bonum ordinis, qui eſt bonum, poſt bonum Ducis, quod eſt bonũ primi, vt dicit Egidius noſter Rom. de mente Philoſ. & ſic per inobedientiam perditur idem bonum, & turbatur idem ordo; ergo melius eſt obedire &c.

Int. de inſ. & iur. §. iur. prac

ff. de de re. c. l. i. emp.

ff de iuſt. & iur §. l. i. et phil. 2. Eth.

Egi. Rom. 1 ſen d. 33 art 3. philoſ. 12. met.

Præte-

Preterea corroboratur: quia omne promiſſum de iure eſt debitum; ſed omnes Chriſtiani ſummo Pontifici obedientiam promiſſerunt: præſertim in receptione ſacri baptiſmatis, dicentes abrenuntio Sathanæ, & omnibus operibus eius, inter quæ inobedientia connumeratur: quod patet expreſsè de primis noſtris Parentibus diabolico conſilio adhærentibus, & aſſentientibus, nequaquam moriemini: ſed eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum, &c. ergò virtute promiſſionis ſacramentalis, omnes Chriſtiani obedire tenentur Summo Paſtori Romano, & confirmatur: quia obligatio eſt mater actionis, At, cum omnes fideles iam ſint obligati obedire per eorum promiſſiones; vt ſupra. Ergò talis obligatio debet eſſe mater actionis obedientialis &c.

C. de ſuſſ. l. unica in rub. & inſtr. de verb. obl. in prin. l. 1. ff. de pact. iux. l. nomin. C. de tranſ.

ex l. c. 1 Gl.

Inſt. de act. in prin. & ff. de proc. l. licet § ea obligatio.

Præterea peius eſt malè credere, quam nullo modo credere, hoc ſtante fūdamento, peioris conditionis videntur eſſe ipſi Papę male credentes, ſe non teneri, & nolentes obedire, quam Pagani, ſeu gentiles, nullo modo credentes, fides enim ſine operibus mortua eſt, dicit D. Iacobus Apoſtolus, & D P. Aug ſuperius ſi peccauerit in te frater tuus &c. ſi Eccleſię &c. ſi Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus, &c. Ethnicus gentilis eſt, gentilis autem eſt ille, qui Chriſto non credit. Videant ergò inobedientes Summo Pontifici eorum operum prauitatem, ſiuè pertinaciam: & ſic ne malè dicantur credere, & ſint peiores Paganis Gentilibus melius erit promptè obedire.

l. ſi ſteriles §. cū per cred. ff. de act. empt. in glo. ſi videtur.

Ep. Cā c. 2 D. P. Aug. Hom. 28.

T Præte-

Præterea. Dictum eſt ſupra, obligationem eſſe actionis matrem, de mente Iuris Conſultorum. Hoc idem ſic detur præuidiſſe ſpiritus ſanctus dicẽs, ipſi obligati ſunt, & ceciderunt; nos autem ſurreximus, *& erecti ſumus*: quoniam dicitur etiam, declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, pax ſuper *Iſdrael*: at quoniam inobedientes Summo Pontefici nolunt recognoſcere obligationem, eſſe matrem actionis obedientialis, & realiter obedire: vt obligati ſunt. Idcirco contra ipſos verificatur illud Pſalmi ceciderunt, videlicet, in peccatum, & Dominus adducet declinantes, ideſt inobedientes, cum operantibus iniquitatem: eo magis, quia dicit Philoſoph peccat voluntarius ſciens: quoniam è contrario vtitur ſcientia, ſicut ipſi inobedientes, obligati obedire, peccant voluntarij, *&* è contrario vtuntur ſcientia, & nolunt intelligere: vt bene agant &c.

Pſ. 19. Pſ. 124. Philoſop. 8. Phyſic. tex 7. Pſ. 35.

Præterea obedire Summo Pontifici natura ipſa, & rerum naturalium pulcherrimus ordo docet. Nam Philoſoph. & Paulus Venetus ita etiam dicit, & docet, ſuperius ſe habet ad inferius, vt forma, ſeu actus ad materiam, vt aer reſpectu aquæ, aqua enim potentia eſt aer, *&* vnde ſi naturaliter inferius non obediret ſuperiori elemento, non eſſet vtique in potentia ad ipſum *&c.* ſic de alijs rebus. natura enim eſt principium motus vt ait Philoſoph. ita ſubditi tanquam inferiores à natura diſcere debent obedientiã præſtandam Summo Pontifici, qui eſt velut altera natura

4 Phyſic. tex 49. Paulus Ven. 2 Phyſic. q. ſuper tex. 27. Philoſop. 2 Phy tex 3 & 3 Phy. text. 1.

natura principium motus regulati per obedientiam &c. Vnde & ſi aliter ſuadeatur ab aduerſarijs veritatis: vti debent tamen regula tradita ab eodem Paulo noſtro Veneto in ſua logica parua, ad omne in pertinens, reſpondendum eſt ſecundum ſui qualitatem. Ideſt ſi eſt verum, concedendum eſt: ſi autem eſt falſum, negandum eſt: ſed iam ſatis clarè conſtat, & patet per dicta, & dicenda falſam eſſe talium doctrinam: ergo ſemper rationabiliter neganda eſt. *Paul. Ven tract 5. c. de oblig. Reg. 7.*

Præterea B. Egidius noſter Rom docet magis meritorium eſſe obedire homini propter Deum, quã ſoli Deo: quia ille eſt plenè & magis Domino ſubiectus, qui etiam vilibus perſonis propter Dominum ſe ſubiecit, nec Papa eſt deterioris conditionis, quam alij: immo eſt maioris perfectionis, quaſi incõparabiliter, cum ſit ſuper omnes alios, & non pertinet ad eum obedire alijs hominibus: quia pluribus ſeruit ſuo modo, quam omnes alij: cum ſit ſeruus omniũ Dei ſeruorũ, D. Apoſtol. dicit Hos autem ſeruos veſtros propter Ieſum &c. ergo omnes fideles obedire debent Summo Romano Pontifici: non ſolum propter maximum peccatum vitandum, ſed etiam propter maius meritum, & conſequenter præmium acquirendum, ſeu obtinendum, vt ſatis expreſsè patet ex dictis. *Egid Rom quol. 3 q. 6.* *Ad Corin. 2. c. 4.*

Præterea D. Thom dicit, obedientia omnibus ſacrificijs præfertur, ſeu ante fertur ſecundum illud 1. Reg. melior eſt obedientia, quam Victimæ, & ideo conueniens fuit, vt ſacrificium Paſſionis Chriſti, ex *D. Th. 3. p. q. 47 ar. 2 in cor art. c. 15.*

obedientia procederet, & ad ſecundum argumentum eiuſdem art. obedientiæ, & ſi importat neceſſitatem, reſpectu eiuſdem, quod præcipitur: tamen importat voluntatem reſpectu impletionis præcepti, & talis fuit obedientia Chriſti, qua nobis reliquit

Io. 13. obediendi exemplum, ergò obedire eſt quodammodo Deo ſacrificare, & ſic dum Summo Pontifici Romano obedientiam præſtamus, Deo ſacrificamus. Vnde optimè dicit Gabriel noſter Ancouitanus in ſuis ſermonibus Quadrageſimæ, accipiens illud Saluatoris, Non omnis, qui dixerit mihi Domine, Domine intrabit in regnum cœlorum: ſed, qui fecerit voluntatem Patris mei: & parum

Gab. Anc. fer. 3. 1 Dñ. ip ſer.

Mat. c. 7. Infra eodem loco, ſecundum illud D. Apoſtoli, ſerui obedite Dominis veſtris carnalibus cum timore, in

ad Eph. c. 6 ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: ſed, vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei: ſed Sũmus Pontifex non ſolum eſt Dominus ſpiritualis: ſed etiam temporalis, vt probatum eſt. Ergò neceſſariò neceſſitate ſalutis eidem obedire oportet, & Sebaſtia

Seb. Fanẽ. in inſt. chriſtia. li. O. c. obedien. nus noſter Fanenſis in ſua inſtitutione Chriſtiana; Quinque bona facit obedientia de mente D. Gregorij dicentis, ſi obedientes fuerimus Præpoſitis noſtris, obediet Deus orationibus noſtris, & de mente

D, Greg. D. P. Augu, citius exauditur vna oratio obedientis, quam decẽ millia contemptoris: ex eo, quia obedien

Mat. c. 7. tia ſeruum Dei facit, non omnis qui dixerit mihi Domine, Domine intrabit in regnũ Cœlorum. &c. & de

mente

mente D. Apoſtoli Iudæ Epiſt. 1. arguentis negantes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum dominatorem, & de mente D. P. Auguſt. dicentis, hæc ſola, ſcilicet, obediētia, ſoluit, quod illa ligauerat, vt prolem, quam inobedientia ſui morte damnauerat. Hęc per obedientiam vitæ reſtituat &c. ergo melius erit Summo Pontifici Romano Dei vicario parere. Hinc Adeodatus noſter de mente D. P. Aug. 12. de Ciu. Dei, docet, piam obedientiam facere homines tranſire ad Angelorum conſortium, & inobedientiā ad mortem & ad diabolicum conſortium, & de mente eiuſdem D. P. Aug. de verb. Domini ſecundum Matt. obedientia debetur, vt quod iuſſum eſt impleatur &c. ergò optimū eſt obedire, ſicut peſſimum eſt non obedire.

ap. iud. Ep. D. P. Aug. de ſymb. ad Cath.

Adeod. de pžibil. ſe. 3. 3. dom. qua. in Matt. c. 18. uiſit nō audi. dic. 1. S. Aug. Ci. Deic. 21. l. 12. Ser. 15. de ver. dominĩ

CAPVT TERTIVM.

In quo Author ſequitur agere de eadem obedientia nouas adducens rationes.

BEatus Egidius Rom. regulatum debet ſemper ſuę regulę conformari; at diuina voluntas eſt omnium regula, ergo cætera tanquam regulata debent eidem regulæ conformari &c. & ſic ex ordine vnius ad aliud, vti effectus ad cauſam, vt participās ad id, quod eſt per eſſentiam: ita ſumus nos comparati ad Deum, & ſic debemus conformari eidē &c. Dñs Alphonſus nr̃ Toletanus dicit, quilibet homo poteſt vti ſuo libero arbitrio, & ſub peccato tenetur ad talem conformitatem propriæ voluntatis ad

B. Egid. Rō. 1. ſent. d. vlt. q. 1. ar. 1. 2. 3.

Alph. Toletan. 1. ſent. d. vl. q. 1 ar. 2. in corp. concl. 4

by Google

D. Anſelmus li. cur Deus, & homo c. 12 diuinam voluntatem, habita ſufficienti notitia, de eadem diuina voluntate: quia dicit D. Anſelmus, volũtas rationalis creaturæ ſubiecta debet eſſe Dei voluntati; ergo conformis, &c. additur etiam, quod dicitur *Pſ 61. Aplicatio auctoris.* Nonnè Deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum.

Præterea Thomas noſter Argentinenſis, fundamentaliter dicit, omnis homo tenetur obedire Deo, *Thom. ab Arg 1 ſẽt d. ult q. 1 art 3.* ergo quilibet homo tenetur conformare voluntatẽ propriam diuinæ voluntati, quilibet enim tenetur velle eſſe ſanctus, dicẽte Saluatore, ſancti eſtote: quoniam ego ſanctus ſum: ſic etiam dicit D. Apoſtolus, *D. Apoſt. ad Teſſal. c.4.* voluntas Dei eſt ſanctificatio veſtra Ergo quilibet Homo tenetur ſequi eandem conformitatem propriæ voluntatis ad diuinam, quæ vult, & præcipit, vt ſuo Vicario vnuſquiſque ſingularem obedientiam præſtet.

Præterea Gregorius noſter Ariminenſis, ſic dicit *Greg Ari m 1. ſent d ult. qu.1. art.1.* quilibet Homo tenetur obſeruare quodlibet diuinũ præceptum tam affirmatiuum, quam negatiuũ, iuxta illud Saluatoris Matth. c. 19. ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata; ergo neceſſaria eſt ad ſalutem conſequendam eadem conformitas voluntatis noſtræ ad diuinam &c. Diuina autem voluntas vult, vt ſibi obediamus, ſuoque Vicario, ergo &c.

Præterea Gerardus noſter Senenſis, ita etiam dicit, voluntas humana debet ſe conformari diuinę vo *Gerardus ſen 1 ſent .d vlt q. vnica.* luntati, in quatuor, ex quibus pendet rectitudo voluntatis noſtrę, primo in obiecto volito, quod eſt bonum,

bonum, ſecundo in modo volendi, vt actus informatus ſit gratia, & charitate, tertio in fine, vt puta quod voluntas noſtra intendat eundem finem, quem Deus intendit, quarto in ſubſequendo; debemus enim ſequi eandem diuinam voluntatem &c. ergo iam dicta conformitas voluntatis noſtræ ad diuinam eſt maximè neceſſaria.

Præterea D. Bonauentura, ſimiliter dicit, volũtas humana poteſt, & debet ſe conformare diuinæ volũtati, per ſimilitudinem ad actum, ad obiectum, & ad finem, quem Deus intendit auctoritate D. Apoſtoli dicentis qui adheret Deo vnus ſpiritus efficitur cum ipſo, non per vnionẽ naturæ Ergo per conformitatẽ voluntatis, adherentis & Saluatoris, omnis, qui facit voluntatem patris mei, ille frater meus, ſoror, & mater eſt Ad charitatis actum, ad obiectum, quod vult Deus, & ad finem, quem intendit Deus, ſalutem animæ ſimiliter &c. ergo iſta conformitas eſt valde neceſſaria; & ſic neceſſario, nedum Deo, verum etiam eiuſdem Vicario oportet obedire &c.

D. Bonau. 1 ſent. d. ult art. 1. 1 Cor c 6. Matt c. 12.

Præterea Thadeus noſter *Peruſinus* ſuper Iſaiã Prophetam idem dicit, & docet de conformitate, Saluatoris dicentis, Ioannem c. meus cibus eſt: vt faciam voluntatem Patris mei &c. ergò neceſſaria eſt Chriſto conformitas, volũtatis humanæ ad diuinã.

Thad. Per. in Iſa cap 53. uerb. uoluntas Domini in manu eius dirigitur.

Præterea Petrus nr̃ de Arag. idem videtur aſſerere dicens, bonũ morale cõſiſtit in recto ordine circa ſuũ vltimum finem &c. ergo idem ſequitur, quod prius. Præterea B. Simon nr̃ de Caſſia lib. 1. de Relig. chri-

Petrus Arag. lib. de iuſt. & iure q. 60. art 4. not. 2.

Cap. 24. ſtiana dicit,ſecundũ illud Pſal. Tenuiſti manum dexteram meam,& in voluntate tua deduxiſti me, & cũ
Pſal 72. gloria ſuſcepiſti me;& illud Saluatoris,ſeruus ſciens
Luc.c.12. voluntatem Domini,& non faciens,vapulabit plagis multis. En igitur ſatis probata neceſſitas conformitatis noſtræ ad diuinam voluntatem,& ſic ex omnibus poſitis tutiſſimis fundamentis,de facili,deducitur, & probatur obedientia Summo Pontifici Dei Vicario, neceſſario exhibenda. Nam Dei voluntas
ad Rõ.c.13 eſt,vt fideles ſuis obediant prelatis,& præcipuè Sũmo Pontifici:dicit,namque ad rem D. Apoſt. omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. quocirca,cum inter omnes ſublimiores poteſtates, ſuprema ſit,Summi Pontificis poteſtas: ergo per conformitatem voluntatis noſtræ ad diuinam, omnes tenẽ
parũ infra tur obedire Summo Paſtori ſub pena eternę damna
ad Rõ c.13 tionis,dicente eodem D. Apoſtolo, qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & dannationem ſibi acquirit, & ſic melius erit obedire eidem Summo Pontifici ad ſalutem conſequendam,& ad damnatio
B.Eg expo nem vitandam &c. & B Egidius noſter Rom. expo
nẽs D.Pau nens illup Apoſtolicum dictum ad Romanos, om-
ad Rõ.c.13 nis anima &c. dicit ſic,anima ibi accipitur ſecundũ figuram ſynedochen, pro toto homine,ad oſtendendam talem obedientiam debere eſſe ex anima, ideſt, ex voluntate,& loquitur de Prælatis; quibus obediẽ
Phil.1.poſt. dum eſt;ergo multo magis Summo Pontifici, pro-
c.2.vex.5 pter vnumquodque tale, & illud magis, & ſequitur idem Apoſtolus eodem loco dicẽs, non eſt poteſtas

niſi

niſi à Deo &c. ergò obedientes Papæ, obediunt Deo, & econtra. Vnde ibidem dicit, ſicut primus motus eſt à primo motore: ità, & omnis pôteſtas à Deo eſt, & meliori modo, & ſequitur textus Apoſtolicus ibidem, qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & damnationem ſibi acquirit (vt paulo ante dicebamus) hęc autem damnatio non poteſt ſine mortali peccato accidere; ergò quilibet fidelis promptè obedire tenetur eidem ſummo Pontifici Romano ſub vltionis æternæ pœnæ Eſt tamen Valde aduertendum id, quod dicit ibidem B. Egidius dicens, quod tale dictum Apoſtolicum poteſt intelligi primo de damnatione æterna, ſecundo de temporali; pro prima adducit exemplum de Dathan, & Abiron, qui cum noluerint obedire Moyſi, deſcenderunt viuentes in infernum &c. pro ſecunda verò damnatione adducit illud Prou. ſicut rugitus: ità, & terror Regis, à quo occiditur inobediens &c. ſequitur ibidem D. Apoſt. dicens, ideoq; neceſſitati ſubditi eſtote, non ſolum propter iram: ſed etiam propter cônſcientiam: quia dicit ibidem B. Egid recta conſcientia Prelationem ordinariam, quæ eſt ordo neceſſarius, oſtendit, & dictat, & id non ſine maxima ratione: eo quia idem B. Egidius ſuper Epiſt D. Apoſt. ad Rom. verb. non enim, quod volo bonum, hoc facio, dicit quãdo in aliquo toto plura concurrunt ſemper totũ congruentius denominatur à ſuperiori parte, & cõgruentius dicitur, totũ ſit pars ſuperior, quã inferior, vt Papa, qui eſt

li.nu.c.16

prou.c.20

cap.7.

ſuperior in Eccleſia, quod ipſe facit, dicitur facere tota Eccleſia &c. hinc ergò ſequitur, quòd reſiſtentes Papæ inobedienter, & contumacitet, reſiſtunt toti Eccleſiæ, & cõſequenter ſibi ipſis, cum ſint membra Eccleſiæ & Papæ, & etiam, quid enim turpius, quam contradicere, non ſolum alijs: ſed etiam ſibi ipſis repugnare? & econtra, quid pulchrius, ſiuè melius, quã obtemperare ipſi Papæ, & ſibi ipſis ſatisfacere? vnde ad rem noſtram præclarè dicit Ambroſius nr̃ Partenopeus in libro ſuorũ ſerm. Quadrageſimæ, de mente D Tho. ſicut naturalium rerum actiones ex naturalibus virtutibus procedunt, quatenus agentia hæc à ſuperiorıhus mouentur &c. ità humanæ actiones, ac voluntariè procedere debent ex ſuperiorum voluntatibus, inferiorum voluntates mouentibus, & hoc ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ. Ergò hoc ſtante fundamento, neceſſariò obedire opportet Summo Rom Paſtori: ſecundum quòd ſatis diffusè vſq; modo probatum eſt; & etiam diffuſius probabitur inferius.

Amb. Partenop. lib. ſer. Quad. fer. 4. 3. Dom. D. Tho. 2. 2. q. 104. ar. 1. ĩ cor.

Præterea Thadeus nr̃ Peruſinus ſuper Iſaiam Prophetam, verb. Ecce in die ieiunij veſtri &c. de mente D. Tho. obedientia præponitur omnibus bonis exterioribus, ergo plus amanda, & extimanda eſt, quam quodlibet alium bonum temporale, econtrario autẽ faciunt inobedientes, ſiue contumaces, vnde Dñs nr̃ Iacobus Valẽtinus, de mente D. P. Aug. Homò propter peccatum perdit modum, ordinem, & finem, &c. ita nunc dici poteſt de inobedientibus recuſantibus obedire

Thad. in Iſa. c. 58.

Iac. valen. tract. & ſolut finalis q p finem

obedire Summo Pontif. ijdem perdunt modum rectè viuendi, ordinem relatiuum ad Summum, & verum Paſtorem, Patrem principalem, ſpiritualem & ſuprēmum Dominum temporalem, & finem tandem æternæ beatitudinis ammittunt: quia, qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & damnationem ſibi acquirit &c. (vt iam dictum eſt de mente D. Apoſt.) Quocircà optimè dicit D.P. Aug. dicere: dominos fatuos eſſe iudicandos: quia, vel copiam ſectantes bonorum temporalium, vel inopiam metuentes, amittunt, eterna, quæ nec dari, nec auferri poſſunt ab hominibus &c. & parum infra idem D.P. Aug ſic etiam docet, ſub modio lucernam ponit, quiſquis lumē bonæ doctrinę commodis temporibus obſcurat, & tegit: ita quidem agere videntur quicunque inobedientes Sūmo Pontifici, propter bona temporalia tuenda, & conſeruanda, tentātes ſepè impedire Eccleſiaſticam libertatem, ac charitatis actum, vel ſaltem modum charitatis, ſub ſtatus ratione, cuius Dominus ſcilicet, homo nunquam in eodem ſtatu permanet, vnde propter talem ſtatum (ſi ſtatus dici poteſt) fluentis, ſeù fugientis vitæ, amittunt ſæpè æternę felicitatis ſtatum; arbitrantes ſe ſuis commodis temporalibus antiquiſſimam conſuetudinem, ac clariſſimam obſcurare, ſiuè tegere doctrinam, amplectentes ſiuè ſequentes perſeuerantem contumaciam, contra quam omnia iura clamant, iuxtà commune dictū iuris Conſultorum, negligentes veram iuſtitiam, de qua rectè dicit B. Simō noſter de Caſſia, ne igitur

D.P. Au. l. de natur. boni

D.P. Au. in mat c.5.

Iob. c. 14.

B. Simō de Caſſ. li. 11. de Relig. Chr. c. 51.

quærelentur ſi pro conſumatione iuſtitię; qua ſtante, omnia ſtant, & iniuſtitia facta, cuncta facta, ordine turbato, pereunt, & accipiens illud D. Apoſt. Non eſt poteſtas, niſi à Deo &c. qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit &c. obediant ergo inobedientes humiliantes ſemetipſos, & maximè perpendentes illud dictum, memoria æterna dignum, prius quam humiliarer, ego deliqui: propterea eloqnium tuum cuſtodiui. Nam ſicut ſuperbia eſt primum vitium; ita humilitas eſt prima virtus: ita ſentit, docetq; D. Auguſt. dicens, omnium vitiorum caput, eſt ſuperbia, quæ ſecundum eundem D P. Aug. eſt primus diuitiarum vermis: ſed ipſis ſuperbis totum oppoſitum, eius, quod cogitant, accidit. Vnde idem D. P. Aug. exponens illud Pſalmi, ſicut deficit ſumus, deficiant, & ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei, qui ſunt &c. qui ſumus deficiunt? niſi ſuperbi non confitentes peccata ſua ſed defendentes: quia, ſicut ſumus erigit ſe, & ſe verſus cœlum extollit ſed quanto ſuperius, eo facilius, euaneſcit, & deperijt: ita ſuperbus erigit ſe contra Deū &c. D. P. Auguſtinus exponens illud Pſalmi ſecundi, ne pereatis de via iuſta &c. ſuperqi pereunt de via iuſta, & ſic conſequenter inobedientes &c quoniam non apprhendunt diſciplinam humiliatis, obedientię, & iuſtitiæ &c. & Pſalm. 17. quoniam populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborū humiliabis &c. adeoquod humilis, & obediens, hoc ita ſe fundamēto videtur quaſi tutus de propria ſalute, & ſuperbus certus de propria damnatione &c.

ad Rō. c. 13
pſal. 118.
D. P. Au. ſer de tēp. ſer 90.
de tēp. ſer. 205.
de temp. 119.
pſal. 67.
D. P. Au. de tēp. ſer. 94.
pſal. 17.

CAPVT QVARTVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem obedientia, nouas adducens rationes.

DOminus Hieronymus noſter Seripandus Neapolitanus ſuper Epiſtola ad Galatas de mente D. P. Auguſt. dicit. Debemus Pontificum obſeruare leges, vt etiam Eccleſiam in omnibus audiamus, Eccleſiæq; maximam, & grauiſsimam tribuamus auctoritatem; aduerſus Eccleſię decreta; nihil omnino faciamus. Ergò ea his dictis huius ſacri Doctoris clarè colligitur, ſingularis obedientia, ab omnibus, in omnibus præſtanda, ſeù exhibenda S. Matris Eccleſię eiuſq; principali Capiti, ac Paſtori, iuſtà, & neceſſaria ad ſalutem conſequendam pręcipienti &c. qua de re ad rem, D. P. Auguſt. lib. pri. de ſerm. Dñi in Monte cap. 2. ità dicit neque enim imperare inferioribus poteſt, niſi ſuperiori ipſe ſe ſubijciat. *Hie. ſcrip. in epiſt. ad Gal 9.10.*

Præterea B. Albertus noſter Pataninus doſtor Pariſienſis ſuper Matth. verb. iterum dico vobis &c. dicit, Nunc ponitur origo Eccleſiaſticæ poteſtatis, quæ procedit à Patre cœleſti &c. & parum infra de mente D. Gregorij pariter dicit, vbi ſunt ergò, qui Eccleſię conſuetum audent contemnere, vbi ſunt, qui ſententias non timent? cuius Eccleſiæ auctoritas à Deo deriuatur in Eccleſiam, *D. Alb. pa tavi. in D. Mat. c. 18. pſal. 17.*

quam

quam inhabitat, velut Cœlum, intonuit de Cœlo Dominus &c. En ergò quomodo doctor iſte apertè docet obediendum eſſe Eccleſiæ, capitiq; ſuo, &c.

Præterea D.P. Auguſtinus, manifeſtè docet, neceſſarium eſſe obtemperare Eccleſiaſticę poteſtati, exẽplo Theodoſij Imperatoris, qui coercitus Eccleſiaſtica diſciplina publicam egit pęnitentiam, propter grauiſſimum ſcelus homicidij perpetratum contra Theſſalonicenſes &c. cum igitur Imperialis ſuprema dignitas inter humanas, non ſit immunis, & exempta ab obedientia Eccleſiaſtica, & de facto obedierit eidem Eccleſiaſticæ poteſtati; qua de cauſa nõ debet obedire eidem S.M.E. & capiti eiuſdem iuſtè, iuſta mandanti, ac præcipienti quæcunq; alia inferior dignitas, ac poteſtas. Quocircà meritò dicitur, contra eoſdem cõtemptores, inobedientes, conſtitue legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant gentes: quoniam homines ſunt, ſcilicet inobedientes, vbi D.P. Aug. dicit, conſtituitur legiſlator, qualem habere meruerũt, de quo dicitur, conſtitue &c. at Iacobus noſter Valentinus dicit, Conſtitue, oſtende te verum legiſlatorem, vt cognoſcant ſe eſſe homines carnales, voluptuoſos non obſeruantes legem Euangelicam, & conſequenter dicere poſſumus, legem Pontificiam fundatam radicaliter ſuper ſacrum Euangeliũ, quod aſſerit; quæcunq; ligaueris &c. ergò neceſſarium eſt obtemperare ſummo Pontifici legem ferenti, & præcipienti nomine Chriſti D. N.

lib. de Ciu. Dei. c. 26. — *ſing. exẽp.* — *Pſal 9.* — *Iacob. val.* — *B. Eg. Rõ. 2. ſent. d. 44 q. 1. ar. 2. in corp.*

Præterea B. Egidius noſter Rom. probat, *Prælationẽ* neceſſa-

neceſſariam fuiſſe in ſtatu innocentiæ,& conſequenter obedientiam: quia fundamentaliter dicit, *Prælatio*, ſeù Principatus eſt quędā dignitas: ſed quod eſt dignitatis ponendum eſt in natura integra, videlicet, in ſtatu innocentiæ, ergò ſimiliter obedientia, neceſſaria fuit in eadem ſtatu, multò igitur magis in ſtatu legis gratiæ &c. ex eo, quia, vt dicit idē Doctor eodem libro 2. ſent. & eūdem diſt. & quæſt. art. 3. obedientia, non ſolū eſt virtus: ſed eſt mater, & conſeruatrix virtutū. Vnde, cum virtutes non ſint minus neceſſariæ in hoc præſenti ſtatu noſtro, quam in illo, ſequitur, quòd neceſſariò obedire opportet poteſtatem habenti, &c. quia idem B. Egid. eodem art dicit, obedientia eſt inferioris ad ſuperiorem, ſerui ad dominuū & inter multa, quæ debent ſerui, ſeù ſubditi Dominis ſuis, debent primo honorem, iuxta illud D. P. Aug. in Regula honore coram vobis Prælatus ſit vobis. 2. timorem, timore coram Deo &c. & de mente D. Apoſt. dicentis, quicūq; ſub iugo ſerui ſunt, dominos ſuos omni honore dignos arbitrētur, & ſic ex corde, debēt fœlicitatem optare, non autem ſecundum apparentiam tantum. 3. debent ſerui ſuperiorū mandata explere, & hoc eſt, quod principaliter requiritur: quia; iuſtum eſt reddere vnicuiq;, quod ſuum eſt. Vndę *D*ominus debet habere ſubditorum obedientiam. Ergò ſubditi reddere tenentur Dominis ſiuè Domino tandem: quia obedientia non ſolum eſt virtus: ſed ēt eſt omnis virtus, materialiter loquendo, dicit idem B. Egidius eodē articulo. Hinc optimè dicebat D. Apoſtolus

ad Ti. c. 16

Pulchr. de Ar. Eg. Rō.

ſtolus. Finis autem præcepti eſt charitas, de corde
ad Tim. c. 1 puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, à quibus
quidam aberrantes, ſæpè conuerſi ſunt, & conuertuntur in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes, neque quę loquuntur, neq; de quibus affirmant: ſcimus autem quod bona eſt lex, ſi quis eadem legitimè vtatur, ſcientes hoc, quod lex iuſto non eſt poſita; ſed iniuſtis, & non ſubditis impijs, & peccatoribus. Ecce igitur quomodo hæc omnia Apoſtolica documenta optimà clariſſimè verificantur de inobedientibus Summo Pontifici, vnà cum ſuis falſis doctoribus, falſaq; dogmata inuenientibus, docentibus, & pertinaciter reſiſtentibus, ſępè, & ſępius pecuniæ pretio ductis, atq; auaritiæ vitio ad exemplum Iudæ proditoris ligatis ac
pſal. 108. affectis, contra quos, & eundem ſimiles Spiritus ſanctus clamat admonens eoſdem. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam: quia nil ſcele-
Eccl. c. 10. ſtius auaro, dicit ſapiens. Vnde de facili colligitur quòd pecuniæ, & auaritiæ huiuſmodi amatores, ſequentes inde prauum exemplum, ſunt ſui, & ſanctæ M. E. proditores, ſicut & ipſe Iudas filij Dei proditor extitit, habentq; ac amant eandem auaritiam, pluſquam Deum, veritatis amatorem, atq; auctorē;
B. Egi. Rō. 2. ſen. d. 43 q. 2. ar. 2. in corp. & tales ſunt vtiq; quales B. Egid. nr̄ Rom. cōmemorat de mente D. P. Aug pecuniam appellantes Iouē, eo quòd eiuſdem ſunt omnia, quos tamē accerimè,
D. P. Au. l. 7. de Ci. Dei, c. 12. repręhendit, idem D. P. Aug. Deus igitur eorundē mercenariorum eſt ipſa pecunia, quę forſan dicitur,

ſiuè

ſiue appellatur pecunia à peccando: quia de facili peccare facit ſuos amatores, qui quidem ſtulti ſunt, & ſtultiores ſe docent rerum publicarum præfecti, quos rationabiliter Sapiens arguit dicens; Rex inſipiens perdet populum ſuum, & Ciuitates inhabitabuntur per ſenſus prudentium in manu Dei poteſtas terræ, & execrabilis omnis gentiũ iniquitas, & vtilem rectorem ſuſcitabit in tempus ſuper illam, in manu Dei poteſtas hominis, & ſuper faciem ſcribæ imponent honorem ſuum &c. & infra eodem cap. reddens rationem perditionis alicuius Regni, dicit, Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos. Hæc autem omnia apertè verificantur de inobedientibus Papæ, qui meritò eſt ſummus Rector, de quo dicit ſupra, Vtilem rectorem ſuſcitabit in tempus. Recogitent ergò quicunq; inobedientes, & contemptores ſupremæ poteſtatis Eccleſiaſticæ, qui dum nituntur auferre Summo aſtoPri debitam obedientiam, nituntur etiam aferre à ſe ipſis charitatem, quæ eſt finis præcepti de qua charitate optimè dicit D. P. Auguſt. in Regula; Vt in omnibus, quibus vtitur tranſitoria neceſſitas, ſuperemineatq; permanet charitas &c.

Eccleſiaſt. cap. 10.

D. P. Au. in Reg. ad PP noſtr. Erem.

Præterea Franciſcus nr̃ Recanatẽſis ſuper verb. ſi eccleſiam non audierit &c. de mente D. P. Aug ad fratres in Eremo ſerm. 7. dicentis, ò ſancta obedientia, tu humilitatem nutris, tu patientiam probas, tu manſuetudinem examinas. Eſtote ergò fratres

Franc. Recan. Cõcione ſer. 3. 3 Dom quadrag.

X cum

cum Abraham obedientes, reddentes quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quę ſunt Dei, Deo, tunc verò reddimus Cæſari debitum ſuum, quando Duliam Prælatis noſtris reddimus, hæc enim Dulia conſiſtit in reuerentiæ exhibitione, & dilectione: hoc autem non ſolum facere debemus Paſtoribus, ſed & ſanctis Dei, & tunc reddimus per obedientiam, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, ſed tunc reddimus: quæ ſunt Dei, Deo, quãdo in latria perſeueramus. Hæc.n. ſoli Deo cõuenit, q̃ conſiſtit in oratione &c. Vnde ex hac pulcherrima ſententia idem D. P. Aug. colligit neceſſariũ eſſe exhibere obediẽtiã Eccleſię, ſuiſq; Paſtorib⁹ &c.

Thad. Ari. ead ſer. & ſerm. *D. P. Aug. eod ſer. ad. frat. in er.*

Præterea Thad. nr̃ Locatellus Ariminenſis, ſuper idem Saluatoris, ſi Eccleſiam non audierit, de mente D.P.Aug. dicit, o ſancta Dei ſponſa obedientia; tu perfecta ſcala, qua Cœlum aſcenditur; tu quadriga quo Helias vectus eſt in Paradiſum; tu porta Paradiſi fidelium, & inferni reorum clauſura: & ſic concludit neceſſariam eſſe ſimpliciter obedientiam Eccleſiæ Prælatis, & præcipuè ſummo Paſtori Rom. exhibere &c.

Tho. Bono. ſer. eiuſdẽ ſer. ſup idẽ uer. euãg. ſi eccl. &c. *D. P. Aug. ſer. de tẽp. ſerm. 72.* *D. P. Au. ad frat in erem ſer. 7*

Præterea Tho. nr̃ Brouinus Bononienſis dicit de mente eiuſdem D.P.Aug. ſerm. de temp. obedientia ſignum eſt timoris &c. ſic ab oppoſito inobedientes non timent, ergò contemnunt. & ſic optimè concludit cum eodem D.P.Aug. ad fratres in Erem. dicente: o quam enorme vitiũ, quod obedientiæ contrariatur, per quod Diabolus cœlum perdidit, & homo paradiſum amiſit. Ne igitur ità nobis accidat

obedien-

obediendum eſſe Eccleſiæ ac capiti eiuſdem, omnes admonet &c.

Præterea Marianus Mancinus nr̃ Piſaurenſis, dicit videlicet, Baptiſmus filium Dei te fecit, obedientia verò te Chriſti fratrem conſtituit, patientia te militem eiuſdem Saluatoris deſtinauit, & charitate illius amicum declarauit, forſan quia, vt idem dicit in parte ſecunda eiuſdem Concionis, iuxta illud Pſal. voluntatem timentium ſe faciet, &c. & 2. parte 3. Concionis eiuſdem libri maximè laudat humilitatem, & obedientiam per dictum Saluatore dignũ; Niſi conuerſi, efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnũ Cœlorum &c. Ergo Prælatis, ac vniuerſali Eccleſiæ capiti Chriſti Vicario, oportet obedire ſub priuationis pœna regni cœleſtis, & æternæ dãnationis. Ideò dicitur, ſi Eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus & hinc D. P. Aug. ad fratres in Eremo dicit, Hæc eſt illa obedientia, quæ concordiã ſeruat in Angelis, pacem nutrit, in Monachis, tranquillitatem generat in Ciuibus Hęc eſt illa obedientia, ſine qua Reſpublica ſtare non poteſt, ſine qua familia aliqua regi non poteſt &c. Sed hac ſtante ſententia D. P. Aug. quomodo quęcunq; Reſpublica, ſeu Status, ſiue Regnum ſine obedientia Summi *Pont.* Dei Vicarij ſtare poterit? & quomodo totius vniuerſi familia maxima, præſertim Chriſtiana, regi, & gubernari poterit ſine obedientia, maximo Patri Summo *Pontifici* exhibenda? obedire itaq; neceſſe eſt &c. Hinc etiam ad rem Aurelius

Marian. pi ſau. l. ſuarũ conc. extra ua. cõc. 13.

Pſal. 144.

Mat. c. 18.

D. P. Au. ad frat. in ere. ſer. 7.

Aurel. li- nanił. ſer. quad. fer. 3. 2. Dom.

in Matth. c.23. verb omnia ergo quæcũq; dixerint vobis ſeruate. & facite. D.P. Au. lib. de Ciu. Dei 14. c. 12. Pſal. 78.

relius noſter, de mente D.P. Aug. dicit, Neque enim quicquam male Deus in illo tantę felicitatis Paradiſo crearet, vel plantaret: ſed obedientia commendata eſt in præcepto, quæ virtus in creatura naturalr mater quodammodo eſt omnium, cuſtoſque virtu um, & Pſal. 78. 2. p. conc. nihil tam expedit animæ, quàm obedire, & ſi expedit animæ obedire in ſeruo vt obediat in filio, vt obediat Patri &c. ergo neceſſariè oĩum Patri Sũmo Pontifici obediendũ eſt &c.

CAPVT QVINTVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia, nouas adducens rationes.

Iacob Philip Berg. lib. 9 ſupplem Cronic et hiſt. Conſt magn. Imper.

IMperator denominatiuè diciturab imperando, & fruſtra eſſet imperare, ſi deeſſet obedire: ſed Iacobus Philippus noſter Bergomẽſis dicit in principio eundem Imperatorem ſe tranſtuliſſe ad partes orientales, vbi ædificauit, ſeu reſtaurauit Cõſtantinopolim, à ſuo nomine ſecundam Romam, iudicans iuſtum & honeſtum, caput & Principem Sacerdotum debere eſſe Imperatorem illius Ciuitatis Romæ, vbi tanta ſanguinis copia ſanctorum Martyrum pro fundamento S.M.E. effuſa fuit. Papa igitur ex dictis huius Doct. vel eſt Imperator, vel loco Imperatoris, & pręcipuè ſummi, ideſt Chriſti, & ſic eidem obedire neceſſariò omnes debent.

Alexius Gen. in 4. ſent d. 19. art. 2.

Pręterea Alexius Stradella nr̃ Genuenſis, dicit in ſua lectura manuſcripta, & Romæ habita, de mente

D.P.

D.P. Auguſt. ad fratres in Eremo neceſſariam eſſe obedientiam ſuperioribus exhibendam, præcipuè Summo Pontifici Romano: ſicut obediendum eſt libenter, ſic hilariter, & velociter obediētia ſine mora eſſe debet, non enim Deo placet moroſa, & diſceptatrix, quę quidem cū præcipitur, quærit cur, quare, quamobrē præcipitur, ergo ſequit̃ idē ꝗ ſupra &c. *D.P. Au. ad Fra. in er. ſer. 40.*

Pręterea B. Alexander noſter à Saxoferrato loco ſuperius allegato, dicit, inter alia neceſſaria ad dignitatem eccleſiaſticam ſecundam, obediētiam ſubditorum eſſe maximè neceſſariam, dicens de mēte D. P. Aug. ad fratres in Eremo, propter obedientiam aliquando debet bonum, quod agimus, intermitti, ergo multo magis malum, dicit ipſe, ad nutum Summi in Eccleſia Dei capitis intermitti debet. En ergo obedientię maxima neceſſitas. *B. Alex. à Saxofer. D.P. Au. ad Frat. in Erem. c. 5.*

Præterea B. Iordanus noſter à Saxonia ſimiliter probat obedientię neceſſitatem per exemplū Chriſti, vt habetur in Santo Euangelio, in quo idem Saluator orans Patrem dixit, Pater mi, nō ſicut ego volo, ſed ſicut tu, id eſt non mea, ſed tua fiat voluntas, & infra c. 3. propè finem dicit idem B. Iordanus, obedientia eſt ſalus omnium fideliū mater virtutū, cælū aperit, hoieſq; ad ipſū extollit. Ergo obediēdū eſt etc. *B Iord li. 2. de vita Frat. Ere. D.P. Au. 2 cap. Matth. 16 c. B. Ior. c. 3.*

*P*ræterea Aurelius Filucius nr̃ Piſaurenſis dicit pręparationem ad mortem principaliter conſiſtere in vita virtuoſa, ſecundum rectam regulam rationis, ſeruando diuina, Eccleſiaſticaque præcepta, iuxta illud Saluatoris, Si vis ad vitā ingredi ſerua mandata *Aurelius Piſau. lib. de Conſol. mortis c. 17. Mat. 19. c.*

mandata, ſcilicet, Dei, & Eccleſię. Ergo neceſſarium eſt ex doctrina eiuſdem Doctoris non ſolum diuina obſeruare, præcepta ſed etiam Eccleſiaſtica: & ſic obedire oportet eidem S. M. E. præcipienti, &c. Vnde idem doctor in ſermone 14. diſtinguens de quadruplici genere ſeruitutis dicit, *P*rimum genus ſeruituris eſt quo veri fideles primùm Deo, ſecũdario ſuo Prælato famulãtur: ſed quomodo famulari poſſunt inõbedientes, dum inobedientes exiſtunt? ergo obedire debent omnes, omnium Prælatorum Summo *P*ontifici.

ſer 14 Dō. poſt Pent.

Pręterea Ioan. Bapt. Arrigus nr̃ Florentinus ſic dicit, obedientia eſt virtus non ſimili metu: ſed charitatis affectu, voluntatem humanam, diuinę voluntati ſubijciendo, conformans, qua inferiores ſuę voluntatis imperium abnegantes, ſuperiorum, & ſublimiorum poteſtatum meritis, conſilijs, præceptis, decretis, ac placitis tacitis, vel expreſſis, niſi diuinæ repugnent *&c.* Ergo omnes obedire oportet primo Deo, ſecundo eiuſdem Vicario, deinde alijs poteſtatibus, niſi præcipiant repugnantia, & contradicentia ſuperiori poteſtati, nempè diuinę, vel Papali.

Io. Bapti. Flor. lib. 3. Element. Sacr. Thr. c. 12.

*P*ręterea Sanctes à monte Regali nr̃ improperãs peccatorum obſtinationem, & pertinaciam, pro ſe adducit illud Saluatoris, nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei: ita modo de innobediẽtibus dici poteſt, qui manum ad aratrum obedientiæ Summo Pontifici præſtandæ, & ſæpe retrò reſpiciunt, obedire recuſantes ſuo primo

Santes à monte Regali li. ſuarũ lect. ſuper Pſ 50 lect. 4. Luca 9. c.

mo, & vero Paſtori &c.

Preterea Christophorus nr̄ Fonſeca Hiſpanus au ctoritate Saluatoris docet; qualiter Deus eſt verus Pater, & S.M.E.eſt vera mater, at non ſolum *Patri*, ſed etiam matri filij obedire tenentur: ergo ſequitur idem quod ſupra.

Chriſtoph. Fonſeca li. de Diuino amore c.21 Matt.c.17

Præterea Ludouicus nr̄ Luſitanus dicit in rebus omnibus, quæ à Summo *Pont*. præcipiuntur, ſummam obedientiam eſſe præſtandam; & præcipuè vbi intercedit arctiſſimum excommunicationis vinculū, maximè timendū: ergo optimū eſt obedire &c.

Lud. Luſi. lib. conſc. caſum. ōgreg. 2. in reſp.ad 1. caſum.

Preterea Dn̄s Gregorius Elparēſis in ſuo ſcripto, manifeſtè docet obediendum eſſe ſummo Paſtori haben i acutum Spiritus gladium, auctoritate D. P. Aug de tempore dicentis, obedientiam eſſe manifeſtum perfectionis ſignum &c.nec fuit religio credētis contraria deuotione obtemperantis. Ergo ab oppoſito inobedientia erit imperfectionis, & contemptus ſignum: ſed prima poteſtas non eſt contemnenda, ſed ſummè honoranda, iuxta illud legale dictum, Contra maiorem nemo præſumat honorem. Ergo Papæ ſummam habēti poteſtatē obediendū eſt &c.

Greg. Elp. 4 ſēt.diſt. 20.art 1. in corp. D.P.Au. de tēp.ſer. 72. Flores legum Ho. Gloſ ff de alie.cumu. cauſa factal. 111.

Præterea ad rem de honore Sacerdotibus, & præcipuè ſummo Sacerdotum exhibendo, refert Angelus nr̄ Derthonēſis in ſuo libello bene ſeruiendi ſacrę Miſſę, de mente Marci & Maruli referentis Conſtantinum magnum Imperatorem poſt baptiſmum ab ipſo ſuſceptum ædictum feciſſe per legem vniuerſalem, & perpetuam, vt plus honoraretur quilibet

Angelus Derthon. Marcus Marulus li 3.

Sacer-

Sacerdos quocunq; alio homine, etiam in quacunque dignitate terrena conſtituto, etiam Rege, & Imperatore, cùm certum ſit Chriſtum in Sacerdotibus honorari, locum eiuſdem tenentibus de mente Io. Gerſoni dicentis, Sacerdotem ſacerdotalibus veſtibus indutum fungi Chriſti officio : & de Theodoſio Imperatore, qui aliquando poſt diem Paſcatis Mediolani intrans Eccleſiam, introiuit etiá in Chorum, vbi ſtatim audiuit vocem D. Ambroſij ſibi dicentis, illum nó eſſe locum purpura indutorum, ſed Sacerdotum: quo audito idẽ Imperator, illico obedienter, & reuerenter ab eodem choro exiuit, &c. Idem Angelus eodem loco, & capite refert etiam ſecundum Hiſtoriam Scolaſticam qualiter cum Alexander magnus Imperator etiam Gentilis totam iam occupaſſet Græciam, & Summus Sacerdos volens iter agere verſus Ciuitatem Hieruſalem, timeret ſibi aliquo pacto iter impeditum, hinc Deum pro ſe, & pro populo orans exauditus fuit; & ſibi Deus apparẽs dixit, ne timeret ſed ſe ipſum indueret veſte Pontificali, ac Sacerdotali, abſque timore aliquo populo aſſociatus obuiaret eidẽ Imperatori, ſicuti fecit. Vnde Imperator videns eũdem Summum Sacerdotem, ſtatim ab equo deſcendit, & eundem Summum Sacerdotem, maxima reuerentia, & honore honorauit. Ex quo Curia Imperialis, & eiuſdem milites maximè admirati eidem Imperatori dixerunt, cur hæc fuiſſet, quibus ipſe reſpondit, ſe non honoraſſe illum ſimplicem hominẽ.

ſed eum, cuius principatum, & locum tenebat, nempè Deum, & ſic clarè patet ex dictis & exemplis huius Doctoris qualiter Sacerdotes honorandi, & obediendi ſint, & præcipuè ſummus Sacerdos. Ergo ſequitur idem, quod ſupra.

Preterea Dominus Hippolitus noſter Fabranus loco ſuperius allegato, nẽpè fer. 3. 3. Domen. Quadrag. verb. ſi Eccleſiam non audierit &c. de mente D. P. Aug. dicentis, Benedixit ergo Deus filios Ionadab propter obedientiam, &c. ergo vberrimus obedientiæ fructus eſt Dei benedictio, ergo à ſimili, vt benedictionem omnes accipiant, omnes obedire debent Papæ, tanquam Dei Vicario habenti poteſtatem benedicendi, & etiam maledicẽdi inobediẽtes. *D. Hippolitus Fabranus. D. P. Ag. in Pſ. 70.*

Præterea Iacobus noſter Corritanus idem expreſsè aſſerit auctoritate eiuſdem D. P. Aug. dicentis, nihil enim tam expedit animæ quam obedire, ergo, &c. *Iacob Corrit ead fer & loco ſupr. allegat D. P. Ag. in Pſ. 70. Cõc 2 p. 2*

Præterea Ioannes Maria noſter Concordienſis loco vbi ſupra, dicit de mente eiuſdem D. P. Aug dicentis, expertus ergo malum, poſtea ſaltem obtemperet medici præceptis, vt ſurgat, qui noluit credere medico, vt non egrotaret: nam & ſatis bonus, & fidelis medicus dat præceptum, ne ſit illis neceſſarius, non enim ſanis eſt neceſſarius ſed male habentibus: boni autem amici medici, qui nolunt ſuam vendere artem, & plus gaudent ad ſanos, quam ad ægrotos, dãt quędam præcepta ſanis, quæ obſeruando in ęgritudinem non cadunt; porrò autẽ *Ioa Maria Conc. D. P. Ag. in Pſ 70. Cõc. 2 p. 2*

Digitized by Google

illiſi præcepta contempſerint, & in ęgritudinem inciderint, ſupplicant medico, quem ſanè contempſerunt, rogante grati &c. ergo à ſimili quicunque ſubditi obtemperare debent Summo Pontifici tanquā principali medico, exiſtenti loco Dei.

Marcus Bonon. O. P. Aug. Pſ. 70. Prætęrea Marcus Lanzoni noſter Bononienſis vbi ſupra eadem fer. 3. de mente eiuſdem D.P. Aug. dicit, Sola obedientia tenet palmam, & ſola inobedientia inuenit pœnā, ergo ſequitur idē q ſupra &c.

Mich. Salō li. de iuſt. & iure q. 58. ar. 12. controu. 4. Pręterea Michael noſter Salon Hiſpanus, dicit, de mente D. Thom. Aquinatis dicentis, Obedire ſuperiori, eſt ius ſuum ſibi reddere, & obedientia qua boni obediunt, fundatur in iuſtitia, ergo ſequitur idem quod ſupra.

Ser. 3. Annunc. Ser. 6. de verb. Do. Præterea D.P.Aug. ſer. de Annunciatione dicit, Obedientia ſanat, quod inobedientia corrumpit ergo &c. & de Verbis Domini ſecundum Mattheum itidem dicit, Si aliquid iuſſerit Curator, nō ne faciēdum eſt? tamen ſi contrà Proconſul iubeat, non vtique contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire. At maximus Curatorum eſt Summus Pontifex ergo eidem maximè obediendum eſt.

B. Thom. de Villanona lib. Concion. Dom. 3. adu. Pręterea B. Thomas noſter de Villa noua dicit, Reuereamur, fratres, Prælatos, & honoremus ipſos, ac illis obediamus, qui ad tantum periculum animas ſuas pro nobis expoſuerunt, obedite (inquit) D. Apoſtolus Pręposítis veſtris &c. ſed Papa eſt maximus omnium Prælatorum, ergo &c.

Pręterea Petrus noſter de Valderama Hiſpanus

in

in ſuo eſſercitio ſimiliter colligit,ac magnopere lau dat obedientiam præſtandam eſſe Eccleſiæ Prælatis ex dictis Saluatoris dicentis,Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis,ſeruate,& facite, & parum infra accipit il'ud D. Apoſtoli, Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe,ſicut Dei diſpẽſatorem &c cui quidem obediendum eſt &c.Hinc ad rẽ idem D.Apoſt. Vt id ipſum dicatis omnes,& nõ ſint in vobis ſchiſmata &c. ergo ſequitur idem quod ſupra.

Petrus valderam. ſer 3 do.a quadrag. matt c. 13 D. Apoſt. 1. ad tit. D. Apoſt. 2. ad Cor. c. 10. & 1 ad Cor. c. 2

Præterea Iacobus Valdius noſter in ſuis tabulis docet Deum aliquando liberaturum eſſe Eccleſiã ſuam ab Hæreticis,& ſciſmaticis &c.ſi tamen,quod ouium eſt,præſtent fideles,hoc eſt obtemperent rectè imperantibus Paſtoribus,& ita aſſerit Dom Palmarum not.2. & ſer 4 &c. ergo obediẽdum eſt &c. Quia etiam Ioannes à Sancto Geminiano Ord. Prædicatorum lib.8.exemplorum c.49. dicit quod obedientia non reſpicit præcipiẽtis ſanctitatem, ſed auctoritatem,quam quidem proculdubio in ſummo habet Summus Pont. Qua de re Dominus Iacobus noſter Valen. Pſ 81. verſ vlt. concl.5. optimè dicit nimirum ſemper ſtandum eſſe corectioni, & determinationi Eccleſiæ Romanæ &c.

Iacob. Vald. deus dom. 4 quadrag. not. 2.

CAPVT SEXTVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem obedientia nouas adducens rationes.

DOminus Bartholomeus noſter Vrbinenſis, de mente eiuſdem D.P. Aug.dicentis,Papæ et *Bart. Vrb.*

Barth. Vrbin. in milleloq S, P. Aug Ver. Papa.
D P. Ag. in ep 165
D. P. . . g. li 8. in Geneſ ad literam.
In millelo. D Ambroſii verb imperator in epi. 29.
Lucæ c. 10.
Matt. c. 10

malo obediendum eſt &c. & idem Bartholomæus eodem lib verb. obedientia de mente eiuſdem D.P. Aug dicentis, Singulare exemplum obedientiæ in Chriſto, quippè qui non venit facere voluntatem ſuam, ſed voluntatem eius, à quo miſſus eſt &c. & idem Bartholomeus in milleloquio D. Ambroſij, de mente eiuſdem D. Ambroſij, Imperator Audire, & exaudire debet Sacerdotes, ideſt eiſdē obedire: quia Saluator inquit, qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eū qui me miſit, & per alia verba, qui recipit vos, me recipit, & qui recipit me, recipit eum qui me miſit &c. ergo vt Chriſtum recipiamus, ſupereſt vt ipſi, & ſuo Vicario obediamus.

Diſt 61. cap miramur
Diſt. 19. c. ſi, ſic

Præterea 1. p Decretorum habetur hæc clariſſima ſententia. Integritas præſidētium, ſalus eſt ſubditorum, & vbi eſt incolumitas obedientiæ, ibi ſana eſt forma doctrinæ. Et eadem parte, omnes ſanctiones Apoſtolicæ Sedis accipiendæ ſunt, tanquam ipſius diuina voce Patris firmatæ, & ex Cōcilio Caroli Imperatoris. Tollerandū eſt iugum, quod à Sede Sancta imponitur, licet intollerabile videatur, c. in memoriam &c & eadem parte eodem capite, de mente D. Gregorij. A Pontificalibus ſit alienus officijs, qui Apoſtolicis nō vult obedire præceptis &c.

Barth Tallamellēſis.

Pręterea Dominus Bartholomæus Githeus Talamellenſis in ſuo libello ad Rempub. Venet. manuſcripto in reſponſione ad 12. propoſitionem, vbi diffusè agit de obedientia Summo Pontifici exhibenda

di inter multa dicit, ſubditos de iure diuino teneri obedire ſuo Principi, dummodo præceptum Principis non militet contra Deũ, & Papam eiuſdẽ Vicariũ &c. ergo primo loco obediendum eſt Papæ &c.

Præterea Aloyſius noſter Bariola Mediolanẽſis ex Comento 7. in Directorium Inquiſitorum, optimè dicit obediendum eſſe Eccleſiæ mandatis &c. ergo obediendum eſt Sũmo Pontifici: eo magis, quia de mente D. P. Au habemus, Vince diabolum, & coronam habebis, &c. ſed Diabolus vincitur per obedientiam, ſicut & ipſe nos vincit per inobedientiã, quæ exerceri debet à nobis apud Summũ Pontificẽ, nedum quoad ſpiritualia, verum etiam quoad temporalia, ſiue corporalia, quia, vt dicit B. Aug. noſter Anchonitanus, Papa per poteſtatem Clauiũ præeſt ſpiritualibus, & corporalibus: ergo eidem Summo Pontifici vtroque modo obedire tenemur.

Aloyſius Bariol. in Com 7 Diret. Inq. D. P. Aug in pſ. 64. Ven. Benedices Corona. lib de pot. Eccl. q. 20 art. 2.

Præterea Ferdinandus Peralta noſter Hiſpanus dicit, Velox & prompta obedientia gratiſſima ſemper Deo extitit; vnde iſti Apoſtoli prima voce à Chriſto vocati, Relictis omnibus, ſecuti ſunt eum, & idẽ ſer. 3. Epiphaniæ dicit, O res admirabilis, & admiratione plena quod Reges ita potentes vnico ſigno, & nutu Deo obediãt: ergo clarè apparet quomodo ẽt Sũmo Põtifici vnuſquiſq. obedire debet.

Ferd. peralta l. cõc. Dom. Aduen. ſer. 2. D. And.

Præterea Laurentius nř Rauennas in ſuis ſermonibus ſcripturalibus, ſummè laudat ipſius Abrahæ obedientiã, ex quo Deo promptè fuit obediens circa filij ſui oblationem &c. & idem eadem p. prima

Laur. Rau ſer. ſcript. p. 1. c. 1 ex ſacra Gen. c. 22.

c. 2.

1.*Reg.c.*7 c.2.dicit, Deus ſemper fauet, & amat actiones humiles, exemplo ipſius Saul Cis filius, qui quamuis ciues, ac nobilis, ætatis annorum quadraginta ſuas perditas quærebat animas, ex quo actu humili præcepit Samuelli, vt ipſum vngeret in primum Regẽ Iſdrael, &c. *&* idem eadem p.1.c.2. ſatis laudat abne-

*Exod.c.*4. gationem propriæ voluntatis, de virga proiecta in terra, quæ verſa fuit in colubrum, ita vt Moyſes fugeret, &c. ita propria voluntas dum eſt in manu *Præ*lati, efficit opera vtilia, ſed poſita in terra pectoris noſtri vertitur in ſerpentem &c.

D.P. Ag. lib vnico de obed et hum. to. 9. luca c. 10 eccleſ c.4. D.P. Ag. in Pſ. 77. Ser. cõuer ſi ſunt in die belli.

*P*ræterea D.*P*.Aug, poſt multa dicit, hoc totum quare dico? vt obedientiam exibeamus patribus noſtris. Qui patribus non obſequitur, Deo non obſequitur, qui vos contemnit, me contemnit, &c & Eccleſiaſt. Et eris tu, velut filius altiſſimi obediens, *&* miſerebitur tui Deus, magis quam mater, ergo propter hæc omnia conueniens eſt obedire, eo magis quia idem P. Aug, dicit. Quia promiſſionem obedientiæ non au[illegible]itio ſed tentatio probat &c.

Greg. Ar. 2 ſent diſt 34 q.1. ar 2. circa finem Apoſt. ad Rom. Ap. 74.

Præterea Gregorius noſter Ariminenſis, diſtinguens de duplici, indicatiua, & imperatiua, primam legem dicit eſſe, cum indicat quid agendum, ſecundam verò, cum indicat quid vitandum: de prima dicitur in Decalogo, Vnum cole Deum *&c.* de ſecunda verò ad Romanos c.5. Qui talia agunt, digni ſunt morte; & Pſal Nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem Iſta propriè, ſupple, lex dicitur, qua ſuperior aliquid imperat inferiori &c. At Pontifex proculdu

bio

Digitized by Google

bio eſt ſuperior omnibus, vti probatũ eſt, ergo &c. Hinc ad rem legimus inter Decreta Anaſtaſij Papæ anno Domini 495. Decreto 4. qualiter Imperator parere debet monitis Apoſtolicis &c. modo ſic à maiori ad minus; ergo multo magis cæteri Principes, & fideles quicunque ſint, parere debent eidem Summo Romano Pontifici. Et inter decreta Nicolai Papæ Primi Anno Domini 862. Si quis dogmata, mandata, inter dicta, ſanctiones, vel decreta pro Catholica fide, vel Eccleſiaſtica diſciplina, pro correctione imminentium, & futurorum malorum à Sedis Apoſtolicę Pręſule ſalubriter promulgata cõtempſerit, anathema ſit: ergo ſub pœna anathematis omnes obedire tenentur vt ſupra &c.

Ex ſumma Cõcil.

Præterea Antonius noſter Myricius Derthonenſis in ſuo Confeſſariorum dilucidario dicit, Hereticos, ſciſmaticos, & eorum fautores, & defenſores eſſe, qui ab Apoſtolicæ Sedis obediētia recedunt etc. & Michael noſter Durazinus emporienſis ſic dicit, ſecundo debemus tranſireq; Bethaniam, quæ eſt Domus obedientię, obediendo mandatis Dei, et Eccleſiæ, iuxta illud Saluatoris. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata &c.

Antonius Derth. in Dilucid. Conf pag. 84.
Michael Duraz lib. ſer. adnet. Domini, & Quadrag. dom. palm.
Matt. 19. cap.

Præterea D. Gregorius loquens de Saule, quem Samuel vnxit in Regem, dicit ſic; Nam quia Deo obedire poſtea noluit, à Samuele audiuit. Quia proieciſti ſermonem Domini, proiecit te Dominus, ne ſis Rex &c. & ſic depoſitio eiuſdem Saulis à Regno ortum habuit ab inobedientia, ergo &c. quapro-

D. Greg. 1. Reg. c. 10. lib. 4. c. 5.

Digitized by Google

pter multum omnibus prodeſſe debet ſanum D. P. Aug. conſilium, dicentis. Nam ita etiam noſtra ſupplicia diuina prouidentia moderata ſunt, vt in hoc corpore corruptibili ad iuſtitiam tēdere liceret, & depoſita omni ſuperbia, vni Deo vero collum ſubdere, nihil de ſe ipſo fidere, illi vni ſe regendum, tuēdumque committere: ſed ex hac D. P. Aug. doctrina quis poſſet dubitare dicens, ergo ſi Deo vni obedire debemus; non ergo Papę Huic breuiter dicendū eſt, Diuum Patrem Auguſtinum non appoſuiſſe dictionem excluſiuam, videlicet ſolùm, tantùm, vel ſolumodo, immò obedientes ipſi Papę obediunt ēt ipſi Deo Papam conſtituenti. Quamobrem B. Egidius noſter Rom. in corpore articuli gloſans illud Philoſophi 1. Poſter. Propter vnum quodque tale, & illud magis, reſpondet à ſimili dicens Qui enim concluſiones ſcit per principia, in eo maior eſt notitia, quàm ſi ſciret ſolum principia. Nam qui ſcit cōcluſiones per principia: ſcit concluſiones, & principia: & magis ſcit principia, quàm concluſiones: ſed qui ſcit principia tantùm, ſcit ſolùm principia Sic & in propoſito, qui ſolū ſeruit homini propter Deū ſe ſubijcit homini, & Deo &c. & in reſponſione ad argumentum in contrarium propter quod &c. dicit, verum eſſe cum excluſione: vt ſi ſcimus concluſiones propter principia, ipſa cognitio cōcluſionis ſecundum ſe, vt eſt aliquid præter cognitionem principiorum, non eſt tanta cognitio, quanta eſt cognitio principiorum: ſed vt vnum includit aliud non

D. P. Au. li. de vera Relig.

obiectio tacita.

Reſponſio ad eandem

B. Egi. Ro. quol. 4 q. 6

oppor-

oportet, immò eſt è contrario, ſcire enim concluſiones,& principia eſt plus ſcire, quàm ſcire principia tantùm, plus enim eſt ſcire propoſitiones geometricas,& perſpectiuas ſimul, quàm ſcire perſpectiuas ſolum fundatas ſuper geometricas,&c.& ſic obedire Papæ propter Deum eſt plus obedire,& ſeruire Deo, ergo &c.

Præterea Thomas Talamellenſis eiuſdem opuſculi Collector,dicit de mente D.Patris Aug.dicentis, Maiorem certè noli offendere, hęc tibi regula proponitur, nonnè manifeſtum, eũ minimè offendendũ,qui maior eſt ceteris? Et parum ſupra time prorſus ne offendas maiorẽ,& non offendis Deum: at ſummus Pontifex cęteris eſt maior:ergo per ſubditorum inobedientiam minimè eſt offendendus, ſed omni ſedulitate eidem parendum eſt: eo magis, quia idem D. P. Aug. in expoſit. Epiſtolæ D. Io. Euang. dicit; Extende charitatem per totum orbẽ, ſi vis Chriſtum amare, quia membra Chriſti per orbem iacent;ſi amas partem, diuiſus es;ſi diuiſus es,in corpore non es;ſi in corpore non es,ſub capite non es &c. et eo magis,quia dicit idẽ D.P.Aug. verſ à mandatis tuis intellexi,addidit ſẽper:quia eſt cuſtodienda obedientia, vt percipiatur ſapientia:& percepta ſapientia, non eſt deſerenda obedientia &c.& Caſſiodorus eodem Pſal.& Ver. Portio mea, dixi cuſtodire legem tuam,dicit Portionem apertè, illius enim partis ſumus,cuius voluntati obedimus &c. Quo circa cum omnes chriſtiani non debeant

Thom.Tala Auctor *D.P.Aug.li de uerb. Domini 2.Matth. ſer.6.* *D.P.Aug D. Io. Euang.cap. vlt.* *D.P.Aug Pſ.118.* *Caſsiodor.*

à ſuo capite eſſe diuiſi; immò debent eſſe vniti ſuo capiti, vt ſint partes Chriſti, & eiuſdem Vicarij, & ſic ambobus obedire neceſſe eſt: & ratio augetur,
Sap. c. 6. quia ſecundum Solomonem, Reges, & Principes ſunt miniſtri Regni Dei &c. ergo non ſunt Domini abſoluti, & ſic de iure, & æquo tenentur obedire Principali Dei miniſtro Summo Pontifici Romano, cui obedire, eſt mereri, & è contrario eſt maximè demereri, &c. qua de re Saluator noſter inquit,
marci ca. 13. Sicut homo, qui peregrè profectus, reliquit Domũ ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem operis, & Ianitori præcepit, vt vigilet &c. Sed iſte homo peregrè profectus meritò dici poteſt Redemptor noſter, qui ſeruis ſuis Apoſtolis, & ſucceſſoribus dedit poteſtatem operis ſalutaris, ſiuè ſalutis, & Ianitori Petro præcepit vt vigilet circa ea, quæ ſunt nobis neceſſaria, ſiue vtilia, vt eſt obedire &c. & Ioannis cap. 14. Saluator dicit, Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea &c. ergo eadem non ſeruantes in odio manent &c. & D. Apoſt. ad rem optimè dicit, Hoc enim vobis vtile eſt, qui non ſolum facere
2. Cor. c. 8. ſed & velle cœpiſtis ab anno priore. Nunc verò, & facto perficite: vt quemadmodum promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi, ex eo quod habetis. Sic enim voluntas prompta eſt, ſecundum id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id quod non habet: ergo ex his Apoſtolicis dictis non ſolũ circa obedientiam eſt neceſſaria animi promptitudo, ſed etiam operis perfectio, & executio &c. Con-

clu-

cludamus igitur præſentem tractatum, idemq; Caput vnà cum B. Aug. noſtro Anconitano dicente ex primo Regum c. 4. idolatriam eſſe, ſuperiori non obedire: ex quo dicto ſeu ſententia ſequitur, quod inobedientes, ſeu rebelles, nec non & contumaces recuſantes obedire Summo totius mundi Præſuli, ſunt Idolatræ, & ſic militant contra primum Sacri Decalogi Decretum &c. ſicque nedum melius verum etiam optimum erit ſemper obedire eidem Summo Romano Pontifici. Quod faxit Deus &c.

B. Aug. Ancli. de pot. Eccl. q. 48. ar. 4 adult. arg.

INCIPIT

QVARTVS TRACTATVS

Rationalis vtriuſq; Eccleſiaſticæ poteſtatis, In quo agitur de Pœnis, quibus idem Summus Pontifex vtitur, ſiue vti ſolet. Caput I.

QVoniam ea eſt relatiuorum natura, vt poſito eorum altero, ponatur & reliquum, ſecundum Philippum, & ſecundum ſacros Theologos paſſim in Sacra Theologia: quā de re cum culpa, & pœna, ſic ſe habeant, cum ſit noxę vindicta ſecundum Iuriſconſultos, non erit mirum, ſi ad poſitionem culpæ ponatur & pœna, de quibus dicit D. P. Aug. Omnis pœna iuſta eſt, & pro aliquo impenditur peccato: & lib. octuaginta trium quæſtionum, Deus nullam cuiquam immeritò ſinit infligi pœnam, & pęnę meritum peccatum eſt; idcirco

phil. in l. ad aliquid l. aliud ff. de reg. iur

D. p. Aug lib. 3 de lib. arbit. q. 24.

Digitized by Google

B. Egi. Ro. 2. ſent. diſt 36 art. 2. 2. q. & D. Th. 1. 2 q. 87. & D. Bonau. 2. ſent. d. 36. art. 2. Ricar. 2. ſen. diſt. 36 q. 4.

Beatus Aegidius noſter Romanus D. Thom. D. Bonauentura, & Ricardus, & alij quamplures ſacri Doctores diligenter quærunt, & examinant hanc pulcherrimam difficultatem; vtrum poſſit eſſe pœna ſine culpa, vel peccato: antequam &c. Beatus Egidius eandem difficultatem ſoluat, diſtinguit de multiplici pœnarum genere, dicens, de pœna igitur, & culpa poſſumus loqui generaliter, vel ſpecialiter, ſi primo modo comparamus pœnam ad culpam, non eſt pœna ſine culpa; ſi enim Angelus, & homo non peccaſſent, nulla vtique fuiſſet pęna, quia ſicut nullum bonum inremuneratum, ſic nullum malum impunitum de mente D. Patris Auguſtini pluribus in locis &c. ſi autem loquamur ſpecialiter, & ſecundo modo, diſtinguendum eſt de pęna, quia quædam eſt æterna, quæ nunquam poteſt eſſe ſine culpa etiam propria; nam paruuli ſodomorum, qui fuerunt puniti pœna, & morte temporali, pro parentum culpam, pęnam tamen æterna, quæ eſt pęna damni, & quæ debetur originali peccato, incurrerunt propter culpam originalem propriam, in qua nati fuere: quia licèt peccatum originale ſit naturæ infectio, ex qua ſequitur infectio perſonæ &c. Aliqua autem eſt temporalis pœna, quam aliquis tēporaliter patitur, & voluntate ſuſtinet, vt fuit Domini Noſtri Ieſu Chriſti Paſſio, quam pro nobis peccatoribus voluntariè ſubſtinuit iuxta illud D.

Iſaiæ

Iſaiæ Prophetæ, oblatus eſt; quia ipſe voluit: & ſic etiam omnes Sancti quanta voluntariè paſſi ſunt tormenta? Aliqua eſt pœna ad tempus dilata, quam peccator meretur, ſed ad tempus ex Dei benignitate differtur: aliqua eſt pœna ſtatim inflicta ſecundũ diuinum beneplacitum; & aliqua eſt ab alio inflicta quæ ſex modis accipitur, primò vel pro culpa punienda, in hoc, vel in altero ſæculo, vt lib. Num. Maria ſoror Moyſi leproſa facta fuit in hoc ſæculo ne pœnam æternam ſuſtinere percogeretur in altera vita: ſecundo modo accipitur pœna pro culpa cauenda, vt fames quam paſſus fuit filius prodigus, qui fame compulſus ad Patrem reuerſus eſt: quod factum eſt vt commiſſam culpam pœnitendo deleret, & cautus effectus à culpa in poſterum ſe perſeueraret: tertiò accipitur vt infligitur aliqua pœna ad virtutem præſeruandam, ne magnitudo reuelationum extollat me; datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ &c. ſufficit tibi gratia mea, dicit Christus, virtus in infirmitate perficitur, & ſic per virtutem vitium, vel culpa vincitur: quartò accipitur, vel infligitur pœna aliquando pro gratia multiplicanda; exemplum habemus de Iob, & Thobia, qui tot mala, & pœnas ſubſtinuerunt, vt in eis gratia multiplicaretur, ſic Iob tentatus &c. & Thobias acceptus Deo &c. Vt tentatio probaret te, neceſſe fuit &c.; quintò accipitur, & infligitur aliquando pœna ad manifeſtandam diuinam gloriam, vt patet de Cæco nato

Iſa. c. 53.
num. c. 12.
2. Co. c. 12.
Iob. vlt. c.
Tob. c. 12.
Io. c. 9.

Vnde

Vnde hæc miracula à Chriſto facta fuere, non ſolū pro humana generatione redimenda, ſed pro culpa incredulitatis auferenda. Si non vultis mihi credere, ſaltem operibus credite, dicebat Redemptor noſter &c. Sextò accipitur, & infligitur aliquando pœna pro damnatione malorum hic temporaliter inchoanda, & poſt mortem eternaliter continuanda, vt patet de Pharaone, qui prius tot pœnis temporalibus oppreſſus, & poſtea per aquas maris ſuffocatus, æternaliter eſt damnatus: & quia, vt dicit idem

B. Eg 1 du b. later. B. Egid. eodem loco, peccatum ſine pena eſſe non poteſt &c. Colligimus itaq; ex his ſex vltimis modis pęnarum, primum & vltimum acceptionis modum (ad rem noſtram) maximè facere contra rebelles, & innobedientes S. M. E. cum excommunicatio (qua ſæpè vtitur eadem S. M. Eccleſia pro temporis opportunitate, & neceſſiate) ſit quædam maxima Eccleſiaſtica pęna, vt optimè docent Petrus nr̄ de Aragona, Aug. Anchonitanus, Thom. Argentinenſis, & Pelbartus, Iuris Conſulti, Gloſ. Verb.

pet. de ara. li. de iuſt. & iur. q. 62 art. 3. Reg 2. B. Aug. Anch. qu. 27. art. 4. in corp. Tom. arg. 4 ſent diſ ar 3. ad 3. arg.

acrimonia, ita etiam & D. Thom. 2. 2. q. 39. art. 4. in corp. docet dicens, conueniens pęna ſchiſmaticorum eſt excommunicatio, ſiue vt excommunicentur, vt nolentes coerceri per excommunicationem & per poteſtatem ſpiritualem Eccleſiæ, recuſantes ſubdi capiti eiuſdem Eccleſiæ, iuſtum eſt, vt poteſtate temporali coerceantur: forſan quia pœna eſt menſura delicti, vt dicunt Iuriſconſulti l. ſancimus ff. de pænis, & l. aliud ff. de reg. iur. Penæ itaq; excōmunica-

municationis clarè patet,quod non fertur ab eccle
ſia contra aliquos populos vel etiam contra priua-
tos homines ſine pręcedẽte culpa inobedientiæ, vel
alterius delicti, vti dicebat primus modus pænæ à
B. Egidio noſtro Romano ſuprà poſitus, vel pro
culpa cauenda &c. vel tandem vltimo modo con-
tra contumaces, & rebelles hic temporaliter inchoã
da,& eternaliter continuanda:& notanter dicitur;
cõtra cõtumaces:quia ex D.P.Aug.contumacię cri
men eſt, quod iubetur nolle, quod imperatur con- *D.p. Aug. lib de uer.*
temnere,& quod pręceptum eſt declinare.Ideo Euã *Domini ſe*
geliſta noſter Boſius Patauinus pro theoremate 2° *cundũ 10.*
dicit,pręcepti tranſgreſſores,quantum in ſe eſt,pro *ſer. 57. Euang. Bo*
merẽtur excõmunicari, niſi per inuincibilem igno- *ſius thom.*
rantiam ſe ipſos excuſatione dignos reddant En igi *2. in prob. enunc 16.*
tur quomodo excommunicationis pœna datur, ac
fertur propter aliquod peccatum puniendum, vel
impediendum ne fiat, præcipuè inobedientię ſiue
contumaciæ.Hinc D.P.Aug.dicit,Sanè ſi iudex es,
ſi iudicandi poteſtatem accepiſti,eccleſiaſtica regu *D.p. Aug de uerb. A*
la,ſi apud te accuſatur,ſi innumeris documentis, te *poſtoli.*
ſtibuſque conuincitur, coerce, corripe, excommu- *ſer. 24.*
nica,degrada:ſic vigilet tollerãtia, vt non dormiat
diſciplina. Et idem D.P.Aug. diligamus inimicos, *D.p. Aug*
corripiamus,caſtigemus,& excommunicemus, cum *in pſ. 54.*
dilectione a nobis etiam eoſdem ſeparemus. Videte
enim quid dicat D. Apoſt. Si quis autem non obau *2. ad teſſal.*
dit verbo,modò per epiſtolam hanc notate, & no *c 3.*
lite commiſceri cum eo:ſed ne ſubrepat tibi ex hac
iracun-

iracundia,& turbet oculum tuum,non (inquit) vt inimicum exiſtimet:ſed,vt fratrem corripite, *&* erubeſcat à quo indixit ſeparationem, non præcidit dilectionem &c.En itaque quomodo iudex vniuerſalis præſentis Eccleſiæ, quæ ſecundum D. Gregoriũ dicitur regnum vniuerſitatis, quod perfectione ſolidatum poteſt contra rebelles inobedientes & contumaces ferre excommunicationis pænalem ſententiam ad emẽdationem eorundem culpæ: *&* D. Leo Papa alloquens Romam ſic dicit, per ſanctam Beati Petri ſedem caput orbis effectam *&c.* & ſic Petri ſedes plenam habens auctoritatem, Romam eandẽ decorauit: *&* ſic ſuum ius,ſuamque potentiam poteſt vtroque modo exercere contra eoſdem contumaces.quo circa D.Thom.docet aliud medium, ſiue aliud modum pænæ dicens, pænæ pręſentis vitæ ſunt medicinales, & ideo quando vna nõ ſufficit pęna ad coercendum hominem, ſuperadditur& altera. Medici namque diuerſas apponunt corporales medicinas,quando vna non eſt ſufficiẽs,ſeu efficax: ita Eccleſia, quando aliqui per excommunicationẽ ſufficienter non reprimuntur, adhibet coertionem brachij:ſed ſi vna pæna ſit ſufficiens, non debet alterã adhibere. Hæc aũt oĩa, videlicet culpã, & pęnã pręuidit *D.*Iſa.Proph.dicẽs,Luxit et deflexit terra,& infirmata eſt,defluxit orbis, & ĩfirmata eſt altitudo populi terræ,& terra infecta eſt ab habitatorib⁹ ſuis quia trãſgreſsi ſunt leges,mutauerũt ius,&c. ſicut faciũt quicunque rebelles, & cõtumaces contemnẽtes

leges

D. Greg. in Iob.c.9

D. Leo ſer. 1. in Nat. Apoſt. Pet. & Pauli.

D. Thom. 2.2.q.39. art.4.ad 3 arg

Pulchrum, ſimile D. Thomę.

Iſa. c. 24.

leges Pontificias, quas totis viribus euertere, & mutare nituntur, vſurpando bona Eccleſiaſtica, vel eadem impediendo, ſi non ſemper directè, ſaltem indirectè, vel etiam perſonas Eccleſiaſticas, ſuper quas nullum pœnitus ius habet, maximis moleſtijs afficiendo, & ius diuinum, humanúmque prauè interpretando, ad ſenſum trahẽdo. Ideo ſequitur S. Proph. Iſai vbi ſupra, Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: ideoque inſanient cultores eius &c. præceptum autem maledictionis genus eſt ipſa excõmunicatio, quã iuſtis de cauſis ſemper fert, ac prænunciat S. M. E. R. contra huiuſmodi tranſgreſſores diuinæ, Eccleſiaſticęque legis propter ſupradictas mutationes, & alterationes, nec non alterationes directè repugnantes determinationi Eccleſiæ vniuerſalis, quæ vt vniuerſalis errare non poteſt, ſecundum quod optimè docet Thaddeus noſter Peruſinus ſuper verb. minimus erit in mille &c. accipiens illud Saluatoris, rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, &c. ſtandum eſt itaque Eccleſiæ determinationi, eiuſdemque obedientiæ &c. Hinc ad rem noſtram. Aurelius noſter de mente D. P. Aug. expõnẽtis illud Saluatoris 18. quęcũque ligaueritis &c. Cæpiſti habere fratrẽ tuum tãquam publicanum; ligas illum in terra: ſed vt iuſte alliges, vide. Nam iniuſta vincula dirumpit iuſtitia &c. ergo eccleſiaſtica cenſura ſemper eſt timenda.

Thad Per in Iſ. c. 61

Aurelius liuariẽſis ſer. quad. ſer. 3 in Mat. c. 18 D. p. Aug de verb. Domini 2 Matt. ſer. 16.

CAPVT SECVNDVM

In quo Auctor ſequitur agere de eadem pœnarum Eccleſiaſticarum materia, alias adducens rationes.

obiter tangit eccleſ. libert. cõc. Trid ſeſſ. 22 ca. 11. ſi quẽ clericorum.

SEntientes, ac determinantes oppoſitum illius quod tenet, & determinat eadem S. M. E. R. præcipuè circa libertatẽ Eccleſiaſticam, ſentiunt, necnon determinant contra determinationẽ Sacri Concilij Tridentini docentis, atque tradentis contra eorundem prauam determinationem, ſiue repugnantiam hoc pacto; Si quem clericorum, aut laycorum, quacunque is dignitate etiam imperiali, aut regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix, cupiditas occupauerit, vt alicuius Eccleſiæ, ſeù cuiuſuis ſecularis, vel regularis beneficij, montium pietatis, aliorumque piorum locorũ iuriſdictiones, bona, cẽſus, ac iura etiam feudalia, & emphiteotica, fructus, emolumenta, ſeù quaſcũque obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperũ neceſſitates conuerti debent, per ſe, vel per alios, vel timore incuſſo, ſeù etiam per ſuppoſitas perſonas clericorum, vel laycorum, ſeù quacunque arte aut quocunque quæſito colore in proprios vſus conuertere, illoſque vſurpare præſumpſerit, ſeù impedire, ne ab ijs, ad quos de iure pertinent, percipiantur, is anathemati tam diù ſubiaceat, quam diù iuriſdictiones, bona, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit &c. integrè reſtituerit, ac deinde à Romano Põtifice abſolutionẽ obtinuerit &c.

vi-

videant ergo, ac profunde ſpeculentur, necnon diligenter conſiderent miſerrimum, & maximè periculoſum ſtatum ſuum, oppoſitum docentes, & determinantes: quoniam cuiuſuis ſtatus, & dominij rōne (vt aiūt) ipſi obcæcati minimè excuſātur &c. Quod quidem decretum Sacri Cōcilij Tridentini non ſolum videtur militare cōtra vſurpatores bonorum temporalium Eccleſiaſticorum, ſed etiam contra vſurpatores iuriſdictionis ſuper perſonas Eccleſiaſticas vt clarius patebit in ſequenti quinto tractatu de Eccleſiaſtica libertate: hoc idem dictat etiam ipſa ratio per regulam logicalem, videlicet à minori ad maius; maioris enim abſq; aliqua exceptione ſunt conditionis, & exiſtimationis perſonæ Eccleſiaſticæ, quàm ſint quæcunque temporalia bona, quoniam propter vnumquodque tale, & illud magis: idcirco non ab re dicitur, nolite tangere Chriſtos meos &c. per quos communiter Clerici ſolent intelligi. Vnde D. P. Aug. eodem loco dicit verba iſta eſſe Dei corripientis, vel arguentis Reges, ne negligerent Sanctos Patres, dicente ſuperiori verſu, corripuit pro eis Reges, dat exēplū deſumptū ex Geneſi, Rex Gerarū, & Aegyptiorū diuinitus admoniti ſunt, ne Abrahæ nocerent, & Rex alius Iſaac, & alij ne nocerent Iacob: ſic etiā Iacob noſter Valētinus dicit, quaſi Deus diceret, nolite tangere Patriarcas, & ſanctos meos &c. & notat quod licèt Abraham, Iſaac, & Iacob nō fuerint vncti olio materiali, ſicut ſacerdotes, & Reges

Auctor iterum obiter tangit libertatē eccleſiaſticam.

Philoſ. 1. poſt c. 2. Pſ. 104. Gen c. 21. & 26. Iacob. Valent.

poſt Moyſem, fuerunt tamẽ vncti oleo Spiritus Sãcti &c. ideo nolite tangere &c. Quocirca optimè ad rem noſtram facit id quod dicit S. Fulgentius noſter Epiſcopus Auſpenſis in ſermone S. Stephani, Solus deſcendit Dominus, vt multos eleuaret: humiliauit ſe Rex noſter, vt ſuos milites extolleret: inter quos milites nulli dubium eſt principalem locum clericos tenere, ex eo quia idem D. Fulgentius de Diuo Stephano clerico loquitur; quomodo autẽ exaltati eſſent clerici, ſi Reges, ac Principes quicunque eiſdem nocere poſſent, & ius aliquod ſuper ipſos haberẽt? Nolite ergo tãgere &c. Quocirca ſi Regibus Patriarchas tangere nõ licebat, multo minus eiſdẽ Regibus Sacerdotes quoſcunque offendere licebit: qua propter verſu ſuperiori eiuſdem Pſalmi dicitur, Non reliquit hominẽ nocere eis, & corripuit pro eis Reges: & contra trãſgreſſores ſequitur D. Propheta dicens, Nolite tangere &c. & vocauit famem ſuper terram &c. & omne firmamentum panis contriuit. Et hæc fames nõ ſolum ortum habet ſæpè à terræ ſterilitate, ſed etiã à tempeſtatibus, & his ſimilibus (vt manifeſta experientia docet) & à bellis, quæ iuſtis de cauſis cõtra tranſgreſſores à S.M.E.R. fiunt, & fieri poſſunt toties quoties opus eſt: vnde dicitur, Diſſipa gẽtes, quæ bella volunt, videlicet propter eorum contumaciam, & rebellionem ab eadem S.M.E. quæ vtique vti poteſt bello iuſtis de cauſis ad coercendam, ſiue reprimendam populorum ſuperbiam, nimiam-

D. Fulg. Epiſc Ruſp. ſer. 5. lect. 2. circa finem.

miamque audaciam, contra quam iuſtè exclamat Spiritus Sanctus dicens, deo tenuit eos ſuperbia, operti ſũt iniquitate,& impietate ſua: Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierunt in affectũ cordis, cogitauerunt,& locuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo, nempè Dei, & Eccleſiæ, locuti ſunt: ſed accidit eis ſæpè id, quod ſequitur in eodẽ Pſalmo, Poſuerunt in cœlum os ſuum,& lingua eorum tranſiuit in terra, quia Sanctam M. E. C. nunquam ſuperare potuerunt, imò maxime puniuntur, punienturque in poſterum, præcipuè iuſto bello, ac alijs pœnis ſuperius tactis: De bello autem Philoſophus ad rem dicit, Quoniẽ furati ſunt, fit bellũ: ſic ipſi contumaces, & rebelles quoniam furantur, & furati ſunt iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſuper bona,& perſonas Eccleſiaſticas, quorum omnium omninò ſunt incapaces, ac contra eoſdem (vt dictum eſt) nedum iuſtè militat excommunicationis gladius, ſeù pœna, quam contemnentes per annũ integrum incidunt in manifeſtum hæreſis ſuſpicionem, vt habetur Sacro Conc. Trid. ſed etiam gladius corporalis, dum iuſtum bellum ab eadem S. M. E. C. geritur &c.

Pſ.72.

Philoſ. in Phy. tex. 96.

Cõc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3 quamuis excommunicationis gladius &c.

Præterea B. Albertus noſter Patauinus, verb. Amen dico vobis quæcunque alligaueritis &c. dicit, Manifeſtat Chriſtus auctoritatem Eccleſiæ peccatorem admonentis,& præcipientis emendationem, atque etiam excommunicantis rebellẽ &c. & parum infra eodẽ loco ſimiliter dicit, Quoniam

Alb. Patau. in D. matt. c. 18

magna

magna eſt poteſtas tradita Eccleſiæ, vt quod per eam fit in terris, confirmetur in cęlis: ideo ne incredibilis videretur rei magnitudo, præmiſi tamen, ideſt iuramentum &c. & duplex eſt Eccleſiæ poteſtas, ligandi prima, ſoluendi ſecunda; ligat autem, & ſoluit quatuor modis Eccleſia. Primo modo ligat leges inſtituendo, ſoluit autem, leges humanas infringendo, quæ ſaluti humanæ repugnant; ſecũdo modo ligat officijs, vel dignitatibus aliquos prę ficiendo: ſoluit autem, ab officio, & ab adminiſtratione indignos deponendo &c. tertio modo ligat præcipiendo, iudicando, & ſententiãdo: ſoluit autem in diſpenſando in præceptis ſuis, & in irregularitatibus, & ſic de alijs ſimilibus &c. quarto modo ligat per excommunicationis ſententiam &c. & hoc ad rem noſtram modo facit &c. ſoluit autẽ cum excommunicatus paruerit, ſeũ obedierit Eccleſię mandatis, & ſoluit à peccatis in confeſſione, &c. peccata enim ſunt funes animas ligantes, &c. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & Iſa. Qui trahitis iniquitatem in funiculis &c. En igitur quomodo S. M. E. rectè vtitur gladio excommunicationis contra inobedientes &c.

duplex eccleſiæ poteſtas. Quatuor modis ligat, & ſoluit eccleſ.

Pſ. 118.
Iſa. c. 5.

Præterea idem optimè ſentit, atque docet B. Simon noſter de Caſſia accipiens illud Matth. & Lucæ, Quod ſi te non audierit, dic Eccleſiæ &c. dicit, eorum eſt deſperanda ſalus, quibus odioſa eſt correctio, & tibi, & omnibus anathema fiunt, & ab omni conuerſatione ſemoti, qui proximum ſuum, & dein-

B. Sim. de Caſs. li. 9. de Relig. 10. c. 44. matt. c. 18 & Lucę c. 17.

deinceps auctoritatem Eccleſiaſticam animo contumaci contempſerint: quoniam ſeipſum Diabolum facit qui corrigi nequit, & propemodum homo delinquens, iuſtę correctioni non ſubditus, pauor eſt diabolo, cum corrigi nolit, & nequit &c. Dũ antequam audiat vltimam ſententiam ſuper ſe ipſum inferendã, & ne vilipẽdeda Eccleſiaſtica iuriſdictio videatur, ipſe Saluator quantæ ſit auctoritatis, & conformitatis, inſinuat dicens, Amen dico vobis quia quæcunque alligaueritis &c. ſic etiam aſſerit Ambroſius noſter Parthenopeus, verb. Sit tibi ſicut ethnicus, & publicanus, dicens, Eorum deſperanda eſt ſalus &c. vt ſupra: idcirco ſimiliter dicit Gabriel noſter Anconitanus, quæcunque alligaueritis &c. dicit, recentiores negantes auctoritatem datam à Chriſto Eccleſiæ ſuæ, incidunt in hereſim Nouatianorum &c. ergo S.M.E. rectè vtitur ſuis tẽporibus, & locis gladio excommunicationis, ſeu ſentẽtia, ac alijs cenſuris Eccleſiaſticis contra cõtumaces atque rebelles &c.

Amb. Par the. in ſer. quadrag. ſer. 3. 3. Rom.

Gab. Anc li. ſer. quadrag ſer. 3 Dom. 3. p. 1. ſer. ſup illud Mat. c. 18.

Præterea Dominus Hieronymus noſter Seripandus Neapolitanus dicit, Claues Petri vniuerſam adminiſtrant Eccleſiam, ſingulaſque eius partes ordinant, & temperant, præcepta fidei, ſpei, & charitatis dant &c. & parum infra eodem loco, obtemperantibus, & bonis cœlorum regnum, ſeu aditum aperiunt, & contumacibus, ac improbis claudunt: & hæ claues non ſolum in infimis, ac medijs ſed etiam in ſummis, & excellentioribus mẽbris Eccleſiæ &c.

Hier. Nea pol. in epi ſt. D. Apo ſt ad Gal. q. 14.

& pa-

& parum infra eadem quæſtione dicit, Patet igitur omnes Chriſtianos homines hanc Petri poteſtatẽ excellentẽ opportere admirari, ſuſpicere, venerari, timere, colere, & obſeruare, ſi in Chriſti grege eſſe cupiunt, *&* Eccleſiæ membra eſſe volunt; ſi formidoloſum anathematis nomen horreſcunt, vt ſanæ mentis homines horreſcere ſolent (vt par eſt) e contra verò qui ſummæ huius poteſtatis ſpernunt diſciplinam, ſpernuntur; obedientiã abijciunt, neque in grege Chriſti, neque membra Eccleſiæ, neque planè Chriſtianos nos appellare debere manifeſtum eſt: anathemata enim ſunt, nullaque ratione ad Eccleſiam pertinent in Petro fundatam, & in ſucceſſoribus, de mente D. Hilarij viri ſanctiſsimi ſuper D. Matthæum dicentis, o Beatæ Cœli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium præiudicata auctoritas ſit in Cœlo, vt quę in terris, aut ligata ſunt, aut ſoluta *&c.* idem Hieronymus Seripãdus docet idem in expoſitione eiuſdẽ epiſtolę ad Galatas c. 1. verb aut angelus &c. anathema ſit &c. appellat excommunicatum, pernitioſam beſtiam, ac peſtem execrandam &c. excommunicationis miſerabilem ſententiam non timentem *&c.*

D. Hilar. in D. Matt

CAPVT TERTIVM

In quo Auctor ſequitur agere de pœnarum Eccleſiaſticarum materia, alias adducens rationes.

GRegorius noſter Nunnius, de mente D. Gregorij adducẽtis exemplum de Henrico Rege Theutonico IIII. & Imperatore huius nomi-

Digitized by Google

nominis III. quo exemplo oſtendit, quanto efficacior ſit eccleſiaſtica auctoritas in coercendis ſceleribus, quàm omnium Principum terrenorum poteſtas. Nam Rex ille in omnium vitiorum genus pro lapſus, vtranque iuſtitiam lędens, cum monita Sũmi Pontificis (apud quem Imperij Principes conquęſti fuerant) contempſiſſet, eccleſiaſtico gladio, nempè excommunicatione percuſſus, Imperatoria, et Regia dignitate priuatus, didicit eccleſiaſticas cenſuras armato tyranno milite formidabiliores eſſe: & parum infra idem Gregorius eodem capite dicit Adrianum Summum Pontificem excommunicaſſe deſiderium Longobardorum Regem, aduerſus Romam magno cum exercito venientem, &c. & Ioannem Angliæ Regem ſimiliter excommunicaſſe, &c. Patet itaque quàm timenda, atque formidanda ſit cenſura Eccleſiaſtica, quomodo, & qualiter Eccleſia eadem ſemper vſa ſit contra inobedientes, atque rebelles &c. *Exemp. maximè notanda.*

Præterea hoc idem probatur auctoritate ſacri Apoſtolorum Concilij Canon. 11. vbi ſic dicitur, Si quis cum excommunicato, ſaltem in Domo locutus fuerit, iſte communione priuetur, & Canon. 13. inter alia &c excommunicato verò proteletur ipſa correptio, tanquam qui mentitus ſit, & Eccleſiam Dei ſeduxerit &c. Clarè itaque apparet auctoritas, antiquitaſque, necnon & vſus excommunicationis, quàm quoddam modo B. Aug. noſter Anconitanus diffiniens dicit, excommunicationem eſſe ſepara *Ex ſumma Conc. Can. 9.* *B. Aug. Anc li de pot Eccl. q 27. ar. 1*

Digitized by Google

Ant. Der. in confeſſ. dilucid. pag 84.

Excommunicatio duplex.

tionem à fidelium communione &c. & Antonius Myricius Derthonenſis noſter in ſuo confeſſariorum dilucidario pag. 84. diſtinguens de excommunicatione, dicit duplicem eſſe, quandam à iure, quæ obligat in perpetuum, & eſt regiſtrata in corpore iuris Canonici, in ſacris Concilijs, & in Bulla Cena Domini &c. & quandam dicit eſſe ab homine iudice ſpirituali &c. ex quo etiam clarè patet, qualiter eadem excommunicatio ſemper fuit pœna antiqua, & ſeparatiua à fidelium communione &c.

B. Aug. Anc. li de pot. eccl q 27 art 2. in corp. Aug. Viuus Neap lib 5 ſtudij ſui ueræ ſapientiæ c. 21.

Prætetea B. Aug. noſter Anconitanus, & Aug. Riuus noſter Neapolitanus optimè docent, quomodo excommunicatio maior non fertur pro quolibet mortali peccato, ſed ſolùmodo pro incorrigibilitate, vel pro contumacia, dum contumax recuſat venire ad iuriſdictionem peremptoria citatione recepta, vel dum iuriſdictionem ſuperioris cótemnit, citationem ſuperioris ſibi factam occultando, vel ne ad ipſum perueniat impediendo &c. ita etiam ſentit, & docet Thommas noſter Argentinenſis, excommunicationem eſſe medicinam, vt excommunicatus emendetur, & à ſua pertinaci rebellione reſipiſcat: & parum infra eodem articulo, Iuſtè poteſt quis excommunicari pro ſua contumacia, præcedentibus admonitionibus &c. idem eadem quæſt. oppoſitam ſententiam, & poſitionem confutans, dicit, omnis opinio repugnans ſacræ ſcripturæ eſt Hęretica: at quia expreſsè inuenimus in ſacra ſcriptura Diuum Apoſtolum tuliſſe excommunicationis ſententiam

Thom. Arg. 4. ſent. diſt 19 q. 1. art 4 ad 4 arg. art. 2.

tentiam

tentiam contra rebelles peccatores, & contra prædicantes falſam doctrinam &c. & contra apoſtatas à fide &c.& contra falſam doctrinā ſeminantes; Si ecclesiam non audierit, ſit tibi &c. En itaque quomodo oppoſita poſitio expreſsè repugnat ſacræ ſcripturæ: ergo talis oppoſita poſitio eſt hæretica, dicit ipſe Thomas Argen. &c. & quia, vt idem dicit eodem lib. 4. poteſtas ſpiritualis eſt maioris dignitatis, quàm temporalis &c. ergo maior poteſtas poteſt minorem corripere, vtendo etiam ſententia excommunicationis, cum etiam dicat D. Thom de mente D. Apoſt. Arma militię noſtrę contra pertinaces eſt excommunicationis ſententia; cui ſatis apertè adhæret id quod dicit B. Aug. noſter Ancon. dicens; Excommunicatio propriè eſt mucro Papæ, & Epiſcoporum: vnde D. P. Aug. in Pſal. dicit, Quid eſt quod tu dicis? indica quod vis, tantum indica; prorſus ſi in aliquo repugnauerimus, anathema ſumus &c. & parum infra eodem Pſal. dicit, Ille autem, contra quem prolata fuerit ſententia, & ſi iam effringi non poteſt, quia tenetur iure, fortè nō Eccleſiæ, ſed Principum ſęcularium, qui tantum Eccleſiæ detulerūt, vt quidquid in ea iudicatum fuerit, diſſolui nō poſſit &c. Clarè igitur apparet quantum, & quomodo timenda ſunt excommunicationis arma, & ſententiæ, quanti ſint vigoris, ac etiam quod non eſt aliud humanum ſupra Eccleſiæ iudicium, ad quod accedere, ſiue recurrere liceat. Qua propter neceſſariò ſtandum eſt Eccleſiæ iudicio, quæ talem habet

Ad Gal. c. 5. Ad Tim. 1 c. 1. Ad tit. c. 3. Io Epiſt. 2. Cath Matt. c. 18 Thom Arg. li. 4. ead q 1. art 1.

D. Tho. 2. 2. q 4 art. 2. ad 1 arg D. Apoſt. Cor. 1, 10. B. Aug. Anc de pot eccl. q 10 art 5. in corp.

deſcriptio excommunicationis D. P. Aug Pſal. 25. conc. 2. maximus uigor excō municationis iudicique eccleſiaſtici.

Digitized by Google

petrus de Arag lib. de iuſt. & iur. q. 62. art. 3. Leonard. Gall lib. cont. miſt. iniquitatis.

conſuetudinem, & vſum antiquum excommunicādi contumaces, & rebelles. Vnde Petrus noſter de Aragona dicit, Duo ſunt neceſſaria, vt conſuetudo pro lege poſſit interpretari, primo vt ſit adeo aperta, & recepta, vt nemine poſſit latere; Secundo vt Princeps formaliter approbet eum modū, ſeruādo, &c. & Leonardus noſter Aurelianenſis Gallus, contra oppoſitionē decimam verb. In Republica bene cōſtituta pag. 57. lect. 33. dicit, Diuturna conſuetudo pro iure, & lege in his, quæ non ex ſcripto deſcendūt, obſeruari ſolet & lect. 35. Sed & ea, quæ longa cōſuetudine comprobata ſūt, hac per annos plurimos obſeruata, velut tacita Ciuium conuentio, non minus quā ea, quæ ſcripta ſunt, iura ſeruantur, &c. ſed modo iam dicto ſemper vſa eſt Eccleſia contra contumaces &c. ideo ſatis doctè dicit Thomas noſter Argentinenſis de mente Philoſophi, legibus omnia ordinata eſſe, non enim erunt triſtia conſuefacta, idcirco ad rem optimè dicit D. Thom. Ad obſeruandam legem plurimum valet conſuetudo; Similiter Pelbartus dicit, Conſuetudo dat iuriſdictionē, & Inſt. lib. tit. de iur. nat. ergo optimè facit S. M E C. Romana ſic procedendo contra contumaces &c. cum plenum ius habeat. Vnde D. Thom. cont. Gent. dicit, Manifeſtum eſt, quod ſumma poteſtas regiminis fidelis populi ad epiſcopalem pertinet dignitatem, & quāuis populi diſtinguantur per diuerſas diœceſes tamen ſicut vna eſt Eccleſia, ita vnū oportet eſſe populum Chriſtianum, cuius vnum ſit

Thom Ar. 3 ſent diſt. 37 q. 1. art. 1. phil 10. & hie. c. 11. D. Thom. 12. q 97. artic 2. in corp. 2. pelbartus 4 ſent. verb excōmunic c. 2 Inſt lib de iur nat. gen et iu. §. ex non ſcripto.

caput,

caput, ne per diuerſitatem capitum per diuerſas ſententias diuidatur; cum Regimen Eccleſiæ ſit optimè ordinatum &c. cum etiam Eccleſia militans deriuetur à triumphanti, in qua vnus præſidet sũmã habens facultatem in toto vniuerſo; ſic in militanti (ſuple Eccleſia) vnus Summus Paſtor &c. ad quẽ, vt dicit idem D. Thom. in principio eiuſdem capitis, & 2. 2. maiores, & difficiliores quæſtiones Eccleſiæ determinandæ referuntur: & eodem capite quò ſupra idem D. Thom. dicit, ratione finis, qui eſt pax, quæ melius ſeruatur per vnũ caput, quã per plura capita; Hinc meritò Leonardus noſter, qui ſupra, Gallus eodem libro contra miſterium iniquitatis verb Epiſcopo Romano pag. 58. Romanam Eccleſiam appellat caput omnium Eccleſiarum de mente D. Eugenij Epiſcopi Cartaginenſis &c. & ſic liberè dicere poſſumus hoc principale caput Eccleſię rectè vti poſſe cenſuris Eccleſiaſticis, alijſque pęnis ad pacem conſeruandam in Populo Chriſtiano, cõtumaciamque repellendam: quia, vt refert idem D. Thom. D. Apoſt inquit. Ad ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, &c. quę (Diabolo ſuggerente) ſæpè accidunt. Vnde non tollerentur, vel ſaltem impedirentur Pontificia auctoritate, cuius eſt comprimere nimiam populorum audaciam, ſeũ contumaciam, atque rebellionem per oportuna remedia Eccleſiaſtica. Vnde etiam B. Egidius noſter Rom. Aliquis poteſt errare circa diuina, dum tamen expreſsè non contradicat articulis fidei, & ijs, quæ deter-

D. Thom. 4. cont. Gẽt. c. 26.

q. 1. ar. 10

leonardus Gallus.

D Eugen. Epiſ. Cartag.

D. Thom. 2. 2. qu 1. art. 10. in corp.

Apoſt. 1. ad Co. c. 1.

B. Egid. Rom. 1. ſent. diſt. 33 art. 6. in corp. & ad ſecundum.

determinata ſunt ab Eccleſia,& dato quod ex dictis eius poſſit elici aliqua concluſio,quæ eſſet cõtra articulos fidei, vel contra ea quæ tenet Eccleſia, ita tamen quod ipſe ignoraret talem deductionem, ſed ſi ei nota fieret talis, & oſtenderetur ſibi quod dicta eius contradicunt his,quæ tenet Eccleſia, ſi ipſe ex tunc ſuam poſitionem non dimitteret,ſcilicet errãdo peccaret: ſi errorem ſuum cum pertinacia aſſereret,eſſet hæreticus. Modo ſic S.M.E iam determinauit prędicta ſuperius, & dicenda inferius,non licere aliquo pacto, ſub quouis colore perſonis ſæcularibus cuiuſcunque dignitatis exiſtentibus vſurpare, vel impedire bona Eccleſiaſtica, ac aliquam iuriſdictionem exercere contra perſonas Eccleſiaſticas. ergo tales,poſtquam ſibi conſtat, ſi non dimittunt huiuſmodi falſam poſitionem, & prauam operationem, Hęretici efficiuntur pertinaciter perſeuerando, & ſic contra Hęreticos præcipuè militat excommunicationis mucro,vt patet per D. Thomam dicentem ſic; Circa hęreticos duo ſunt conſideranda, vnũ quidem ex parte ipſorum, aliud verò ex parte Eccleſiæ: ex parte ipſorum eſt peccatum,per quod non ſolùm meruerunt ab Eccleſia per excommunicationẽ ſeparari, ſed etiam per mortem à mundo excludi: multo enim grauius eſt corrumpere fidem, per quã eſt animæ vita, quam falſare pecuniam, per quam temporali vitæ ſubuenitur. Vnde ſi falſarij pecunię vel alij malefactores ſtatim per ſeculares Principes iuſtè morti tradũt; multo magis hęretici ſtatĩ ex quo

D. Tho. 2. 2 q. 10 art. 3. in corpo.

pulchra comparatio per ſimilitudinem.

de

de Hæreſi conuincuntur,poſſunt non ſolum excommunicari,ſed etiam iuſtè occidi: ex parte autem Eccleſię eſt miſericordia ad errantium conuerſionem: & ideo non ſtatim condemnat,ſed poſt primam *&* ſecundam correptionem,vt Apoſtolus docet: Hæreticum hominem poſt primam, *&* ſecundam correptioné deuita: poſtmodum verò ſi adhuc pertinax inueniatur, Eccleſia de eius cõuerſione non ſperãs, aliorum ſaluti prouidet,eum ab Eccleſia ſeparãdo per excõmunicationis ſentẽtiã, & vlterius relinquit eum iudicio ſeculari à mundo exterminandum per mortem; dicit enim D. Hieronymus, Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caula repellenda,ne tota domus,maſſa,corpus, & pecora ardeat,corrumpatur,putreſcat,& intereat: Arius in Alexandria ſcintilla fuit,ſed quia non ſtatim oppreſſus fuit,totum orbem eius flamma populata eſt &c. Sed ſi hæc omnia de vno priuato hæretico dicuntur, quid dicetur de vno populo, vel Republica,vel Regno? certè multo magis puniendi erunt pertinaces,& Hæretici,ne maius malum agant plures,quam vnus ſolus, vt egregiè docet D. Thom vbi ſupra *&c.*

D. Apoſt ad tit. c. 3

D. Hier. ẽ 24.

CAPVT QVARTVM

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia cenſurarum alias adducen rationes &c.

Petrus Aquilanus, alias Scotellus Franciſcanus fundamentaliter dicit, Sicut in corpore naturali, ſic ſuo modo in corpore myſtico Eccleſia ſe habet,

Digitized by Google

D. Apoſt. ad Rom. c. 12.

Pulchrũ ſimile.

hẽt, ſm̃ D. Apoſtolũ dicentẽ, Sicut in corpore multa mẽbra habemus &c. ſed in corpore naturali mẽbrũ putridũ ſecatur, ne totũ putreſcat corpus; ſic ẽt fieri debet in corpore Eccleſię miſtico, mẽbra putridá, ſecãda sũt per excõmunicationis ſententiá: at cũ rebelles, & contumaces ſint veluti huiuſmodi mẽbra putrida, alias Eccleſiæ partes, & mẽbra putreſcẽtia, ergo ſecãdi ſunt modo prædicto &c. 2. idẽ Doctor Petrus Aquilanus ibidẽ declarat, quomodo hæc poteſtas ſecãdi, & reſecandi collata ſit Petro, & ſucceſſoribus ſuis à Chriſto Dño &c. 3 loco docet, quomodo quis excõmunicari debeat, diſtinguẽs pimo de duplici excõmunicatione, alia à iure, & alia à iudice, prima eſt præſeruatiua, ſecunda curatiua, prima ad euitãdã culpá, ad præſeruandáque libertatẽ Eccleſiaſticá, ſecũda verò fertur propter cõtumaciá; ideo admonitio ſẽper præmitti debet, vt ſic de contumacia excõmunicetur, & nullũ debet iudex excõmunicare, niſi pro mortali peccato, præcipuè pro cõtumacię peccato, vel cui annexa eſt cõtumacia: ſic ẽt docet Petrus noſter de Aragona, excõmunicatio poni põt de peccato præterito, &c. ergo cum contumacię peccatũ præceſſerit, contumaces iuſte excõmunicari poterũt &c. notat tandẽ ibidẽ idẽ Petrus Aquilanus vbi ſupra, multiplex eſſe cõtumaciæ genus; primũ quando quis ſufficiẽter vocatus ad iudiciũ non venit, nec vllam remanendi habet cauſá, ſm̃ quando venit, & reſpondere contemnit; tertiũ, quando venit, & antequã debeat, diſcedit, vt patet in prçallegatis,

duplex excom. alia à iure, et alia à iudice.

petr Arag. lib. de inſt. & iur. q 7 art. 1. & 2.

multiplex genus contumaciæ.

q. 24. q. 3. pe illicita. ſit q. 11. q 3 certum eſt &c.

tis quartũ, quando ſententiæ vel non obedit, &c. & hæc vltima conditio præcipuè facit ad rem noſtrā contra contumaces S.M.E.C.R. nolentes, & ſæpè negligentes, immò valde contemnentes eidẽ S.M.E. obedire, atque ſententias eiuſdem nihil facientes: idcirco iuſtis de cauſis ab eadẽ S.M.E. prędicti poſſunt excõmunicari, & de facto excommunicãtur, & pro talibus habendi ſunt apud oẽs Catholicos, & de fide benè ſentientes &c. Hinc Alphonſus noſter de vera Cruce dicit ad rem noſtrã, Iudici Eccleſiaſtico licet vti ſñtia excõmunicationis, ꝓut op⁹ fuerit &c.

Pręterea D. Bonau accipiẽs illud Saluatoris verb. Quod ſi eccleſiã nõ audierit &c exemplo D Apoſt. manifeſtũ fornicatorẽ tradidit Sathanę Si quis nõ amat Dñm Ieſũ Chriſtũ, Anathema ſit: ſi ergo D. Apoſt. adminiſtratores Eccleſię ſubiectos excõmunicauit, ergo pari rõe, & multo magis poterit ẽt tota Eccleſia, vna cum capite ſuo ſummo Pontifice, &c. & accipiens ex moralibus dicit Si quis Paterfamilias ſm rectũ rectitudinis ordinem filium inobedientem haberet, extra domum ad tempus ei jceret vt ſaltem ſic corrigeretur: ergo à pari ille, qui præeſt in Domo Dei (vt Papa) poteſt, & debet conſimiles, ideſt inobedientes eijcere extra Domum Dei, ideſt extra communicationem per excommunicationis ſententiam, &c. ſic etiam, ipſe affert illud exemplum de membro putrido reſecando (vt dictum eſt parum ſupra) & in corpore Articuli affert intentionem ſuam per exemplum in medicinalibus.

Alphonſus de vera Cruce 3 p ſpeculi cõiugiorum art 5 cõcl 4.

D. Bonau. 4 ſent: diſt 18 art. 1. matt. c. 18 D. Apoſt. 1. Cor c 5 & Cor. c. vlt pulchrum exemplũ.

libus. Sicut.n. in medicinalibus duplex eſt curandi modus, per medicamenta lenientia, & aſpera: curatur aliquis per appoſitionẽ emplaſtri, & aliquis curatur per ſecationẽ mẽbri putridi &c. ſic ẽt in moralibus duplex eſt modus corrigẽdi, per dulces admonitiones, & per aſperas increpationes, ſm̃ qđ duo ſunt hominũ genera, quidã .n. faciles, & placabiles, & quidã duri, & rebelles &c. ſic ẽt in diſciplinis acquirendis, nolentibus acceptare rõnem oſtẽſiuã fit argumẽtatio ducẽs ad impoſſibile &c. ſic ẽt D. Inſtitutor, & fundator Eccleſiæ eidẽ non tm̃ dedit medicamẽta Sacramẽtorũ ad curandũ &c. ſed gladiũ ſpiritus &c. quod eſt verbũ Dei, & poteſtatẽ amputandi, & reſecandi contemptores, & rebelles, &c. & idẽ D. Bonau. eadẽ diſt. fundamentaliter probat, quod quis excõmunicari põt, præcipuè pro contumacia, pro dãno, & iniuria illata Eccleſię; gladius.n. datur ad defenſionẽ: ſed poteſtas excommunicandi eſt gladius ſpiritus, ergo iuſtũ eſt vnum quemque puniri in eo, in quo peccat; ſi ergo quis priuatus, vel populus, vel Reſpublica, vel quilibet Princeps cuiuſcunque gradus, & dignitatis exiſtat, peccat in S.M.E.C. contumaciter reſiſtendo, damnũ, vel iniuriã inferendo, nõ debet carere iuſto ſupplicio, ſeu pœna &c. ſed vſurpatores bonorũ Eccleſiæ, vel iuriſdictionis ſuper perſonas Eccleſiaſticas damnũ inferunt, auferendo, vel impediẽdo, iniuriã faciũt &c. ergo cautũ eſt, vt puniantur ſaltẽ per excõmunicationis ſententiã: & quia multi ſępè ſe ipſos excuſãt

Duo pulchra exempla.

art. 2.

ſub

ſub prætextu, & colore iniuſtę ſententiæ excõmunicationis: idcirco Pelbartus optimè dicit, Sentẽtia Paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timẽda eſt, vt dicitur in Canone, Iniuſtę ſentẽtię debet homo parere, ne ex ſuperbia ligetur, qui prius ex puritate conſcientiæ abſolutus habebatur. Ita et docet B. Aug. noſter Anconitanus lib. de poteſt. Eccleſiaſt. de mẽte D. Gregorij Papę, Siue iuſta, ſiue iniuſta timẽda eſt &c. Vnde per optimè docet idẽ B. Aug. eadem quęſtione, eodẽque articulo in corpore ſeptem eſſe caſus, in quibus ſentẽtia excõmunicationis nec eſt timenda, nec tenenda. Primus caſus eſt, ſi non feratur à ſuo iudice. Secundus eſt, ſi feratur à iudice excõmunicato. Tertius eſt, ſi quis excõmunicetur à delegato contra intentionẽ delegantis. Quartus eſt, ſi feratur ſententia poſt interpoſitam appellationem. Quintus eſt, ſi feratur à ſuſpenſo à poteſtate iuriſdictionis. Sext⁹ eſt ſi ferat̃ nulla admonitione p̃miſſa. Septimus eſt ſi ſententia contineat intollerabilẽ errorẽ, vt puta peccatũ mortale, vel aliquid quod ſit contra fidẽ. Planũ eſt aũt excõmunicationẽ Papalẽ aliquando latã, vel ferendã, nullo iſtorũ modorũ eſſe contemnẽdã, ſed potius ſũmopere timendã, quoniã nemo veraciter dicere, & aſſerere põt Papã nõ eſſe verũ in hoc ſæculo ſupremũ iudicẽ, vel eſſe delegatũ, cũ ſit Sũmus Pontifex, vel eſſe excõmunicatum, & ſic de alijs caſibus prædictis; cũ idẽ Sũmus Pontifex in huiuſmodi ſentẽtijs excõmunicationis ferendis ſẽper canonicè procedat &c. ergo quęcũq;

Pelbartus 4. sẽt. ter. excomm. § 18. q. 11 c. 1. B. Aug. Anc lib. de poteſt. eccl q 27. art 3. D. Greg. 11.3.

Caſus in quibus poteſt. quis non timere ſententiam excõmunicationis

Pulchra doctrina.

Papalis ſñtia excõmunicationis lata, vel fereda contra contumaces,& rebelles valde ab ipſis timẽda eſt; & non ſolũ excõmunicationis ſñtia: ſed ẽt ſuſpẽſionis,& interdicti ſñtia sẽper timẽda eſt, cũ valeat,& sũmo iure teneat,ac à sũmo iudice feratur, nec recurrere licet ad alios inferiores iudices, ex eo quia vt optimè docet Thom. nr̃ Arg. ſicut ſi quis habẽs clauẽ materialẽ,habenſq; manus ligatas,non poſſet aliquã aperire materialẽ ianuã &c. quãdiũ manuũ ligatio duraret. ſic ad rẽ noſtrã,quamuis Sacerdos inferior, vel ſuſpenſus, vel excõmunicatus, vel Hæretícus, vel ſciſmatic⁹, vel degradat⁹, verè ſit ſacerdos, vel fuerit habẽs claues Eccleſiæ: quia tñ cuilibet iſtorũ vſus clauiũ Eccleſiæ eſt interdict⁹, & ligatas manus habere dicit̃ &c. Vnde quicunq; Sacerdotes non timẽtes quaſcũq; cẽſuras Eccleſiaſticas, vtentes eiſdẽ Eccleſiæ clauibus, peſſimè faciunt, ſiuè prauè agũt, grauiterq; peccãt, cũ D.P. Aug. dicat, huiuſmodi Sacerdotes admonẽs, Qui erũt hoĩes, ꝑ quos a vobis error auferat̃, cũ vos elegerit Deus per quos errorẽ auferat cœterorũ? & D. Greg eodem loco ſuper Matthæũ &c. ſimiliter dicit, Nullũ aũt puto fratres cariſſimi ab alijs maius ꝑiudicium, quã à Sacerdotibus ſuis tollerat Deus: quoniã eos, quos ad aliorũ correctionẽ poſuit, dare de ſe exẽpla prauitatis cernit &c. Qua de re ex dictis iſtorum S.S.P.P. clarè colligitur, Sacerdotibus maximè conuenire, primò à peccatis, erroribus, & ſcãdalis cauere, ſecundò alios corripere, ſeù corrigere, & ꝑcipuè vrgente præcepto

Tho. Arg. 4 ſen. diſt. 19. q. 1. ar t. 2. ad 4.

pulchrum exemplum

D p. Aug in mat. c. 5

D. Greg. in mat. c 3

nō ſolū diuino, ſed ēt pōtificio, dū pcipitur explicite ipſis Sacerdotibus à Sūmo Pōtifice, vt ſe abſtineāt ab illicitis, & vſu clauiū contra ſñtiam ſuā latā &c. cū ergo ſit propriū munus oīum Sacerdotū errores corripere, ſeu emēdare, multo magis erit Sūmi Sacerdotis, nēpè Papę, ad quē certè nō ſolū ſpectat prauos hoīum mores emēdare, ſed ēt humanas leges libertati Eccleſiaſticæ, necnō æquitati repugnantes moderare: idcirco B. Aug. nī Ancon fundamētaliter dicit ſm glosā ſuper illo verbo Pſalmi, lex Dñi immaculata conuertēs aīas, Papa eſt executor diuinæ legis. Vnde ſicut lex diuina hēt corrigere humanas leges; ſic & Papa. Lex aūt diuina hēt corrigere legē humanā quatuor modis, de mēte D. P. Aug. 1. modo p oīū malorū punitionē, non .n. lex humana oīa mala punit: ſed ſolū, quę pacē publicā pturbare poſſūt, & in graue hoīum nocumētū redūdare, lex aūt diuina nihil impunitū relinquit 2. modo p interiorū animorū cohibitionē, vel ſententiationē, quia lege humana nō ſētētiatr̄ homo p illa, quæ in aīo gerūtur, ſed per illa, quæ exterius manifeſtātur. 3. modo p iudiciorū retificationē, cōtingit .n. humanæ legis iudiciū multipliciter falli, & obliquari quod nō accidit iudicio diuinę legis; vnde D.P. Aug. ſuper illud verb primæ Epiſt. D Petri, ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius, & peccator vbi apparebūt? quia tāta eſt Dei iuſtitia, vt quæ iuſta hoībus apparēt, ad examen diuinæ iuſtitiæ deducta iniuſta appareant. 4. modo per finis ſupernaturalis cōſequutionem; quia de mēte D. P. Aug. eodē libro, Lex humana literis pmul-

B. Aug. Ancon. lib. de poteſt. Eccl. q 44 art. 4.

Pſ. 18.

D. p. Aug lib. 1. de libero. arbit

Quatuor modis lex diuina corrigit humanam legem.

D. P. Aug in epiſt 1. D. Pet. 5. c. 4.

gata,ſolum hominibus ſm̃ animalẽ hanc vitam viuẽtibus opitulatur: ſed lex diuina ad conſequutionem finis ſupernaturalis inducit, & iuuat. Et idem B. Aug.nr̃ Ancon ad ſm̃ argumentũ eiuſdẽ articuli clarius loquens dicit, Sicut per Papã Imperator, & omnis poteſtas inſtituitur, ſi bona eſt, & corrigitur ſi non bona eſt: ita omnis lex à quocunq; feratur; p eum, ſcilicet per Papã eſt comprobanda, ſi bona ſit per eundem corrigenda, ſi non bona ſit. Cum ergo ſit præcipuũ munus Papæ corrigere oĩa malefacta, & praua lege male ligata, optimè, ac piè facit idem Sũmus Pontifex excõmunicationis ſententiam ferens contra inobedientes, & rebelles nolentes ſępè corrigere, & emendare impias leges ab ipſis latas cõtra libertatem Eccleſiaſticã, atque quouis modo, & quæſito colore contra vtilitatẽ eiuſdẽ S. M. E. eo quia ſicut dicit idẽ B Aug.nr̃ Anconitanus eodẽ libro, eadẽ quæſt art. 5 fundamẽtaliter de mente S. P. Aug. Lex tẽporalis, quãuis iuſta ſit, iuſtè tamen per tempora mutari põt: vnde ſi iuſta mutari põt, multò magis iniuſta mutari poterit &c. & in corp art. dicit idem B. Aug.nr̃ Anconitanus, Lex eſt agendorũ regula tẽporanea, quæ ponitur, & deponitur, vt humana poſitiua, naturalis vero lex ponitur ſed nõ deponitur, ſed mẽte creatur humana. Tertia eſt lex diuina quæ ab hoĩe nec ponit̃, nec deponit̃. Et idẽ B. Aug. eodẽ art de mẽte D. Greg. leges ſęculi nõ dedignantur ſacros canones ſequi, ergo &c. optimè facit Sũmus Pontifex, quotieſcunque opus eſt, moderans,

D. P. Aug lib. de lib. arb.

Diffinitio legis. triplex lex. D. Greg. 2 q. 3.

& reprobans aliorum Principum prauas leges, iuſtitiæ, atque æquitati repugnantes, ac contradicentes, & ſic præſens caput terminatur.

CAPVT QVINTVM

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia pœnarum Eccleſiaſticarum.

FRanciſcus nr̄ Recanatenſis, de mente D. P. Auguſtini dicit, Nihil debet magis formidare Chriſtianus, quam ſeparari à Corpore Chriſti; ſi .n. ſeparantur à Corpore Chriſti fideles, non ſunt membra eius, non vegetantur à ſpiritu eius: ſed hæc ſeparatio à Chriſti Corpore miſtico, præcipuè fit per excommunicationem, hinc dicitur; ſit tibi ſicut Etnicus, &c. ergo maximè timẽda eſt, ac formidanda huiuſmodi ſeparatio; ẽt ſi eſſet (vt ita dicamus) iniuſta quia D Bonau. fundamentaliter, dicit gloſando dictum Saluatoris ad Petrũ, quodcũque ligaueris &c. manẽte cauſa, manere debet effectus: ſed cauſa propter quã infligitur excõmunicatio, eſt rebellio, & cõtumacia, ergo &c. & in corp. art. (vt ad rẽ noſtrã redeamus) idẽ dicit, Quamuis iniuſta, iniuſtè lata ſit ſententia, quiſque tamen tenetur eam ſubſtinere, alioquin ex hoc ipſo contemptu efficitur dignus excommunicari, & ligatur apud Deum: & infra, Siue ſit ligatus iuſta ſententia, ſiue iniuſta, & hoc maximè verum eſt de Domino noſtro Papa ergo &c.

Frã. Rec. ſer. 3. Do. 4. quad. verb. quæcunque al ligaueritis &c. D. p. Auguſt. in Io q. 11. c. 4 pulchrum ſimile. D. Bonau. 4. ſẽt. diſt. 18. art. 6.

Præterea Thaddeus noſter Locatellus Ariminẽſis eadem feria 3. vbi ſupra eodem verbo quęcunque &c. dicit ſimiliter de mente S. P. Aug. Omnis

Thadd. Arim.

Chri-

D. p. Aug. lib de verb. Apoſt. ſer. 68.

Chriſtianus, dilectiſſimi: qui a Sacerdotibus(ſupple habentibus facultatem)excommunicatur Sathanę traditur: quia ſimiliter extra Eccleſiam Diabolus eſt, ſicut in Eccleſia Chriſtus, ac per hoc, quaſi Diabolo traditur, qui ab Eccleſiaſtica communione re mouetur. Videant itaque, diligenterque perpendāt inobedientes, ſiue rebelles, & contumaces, quàm timenda ſit ſententia excommunicationis.

Thomas Bon.

D. p. Aug lib. de qu. noui, & vet. teſt. q 39.

Præterea Thomas Bruinus noſter Bononien. eadem fer. 3 vbi ſupra, & verb. quæcunque &c ibidem dicit de mente D. P. Aug. Hoc iam in Eccleſia Dei agit excommunicatio, quod in veteri lege agebat interfectio, ergo maximè timenda eſt &c.

Marianus piſa. lib. cōc extra. conc. c. 13 1. p.

Præterea Marianus mancinus noſter Piſaurenſis dicit, Multi ſeruiunt in malo malè, vt ſunt hęretici, & infideles, etiam Deo quantum ad iuſtitiam punitiuam Domini ſui: ſed hæretici præcipuè excōmunicantur. Ergo ad eorum periculum, ac exemplū prauum vitandum timenda eſt &c. Vnde optimè dicit D. Amb. loquens de excōmunicatione, Rectè ergo, & Sacerdos vulnus, ne latius ſerpat, a toto corpore Eccleſiæ, quaſi bonus medicus, debet abſcīdere, & prodere criminis vulnus, quod latet &c.

D. Amb. in pſ. 118

Amb. Ca lep. in dict. littera p. verb. pontifex.

Pręterea Ambroſius noſter Calepinus, olim Calepij Comes, vnde communiter appellatus fuit Calepinus, in ſuo Dictionario dicit, Pontifex maximus dictus eſt, eo quod maximarum rerum, quæ ad Sacramenta, & religionē pertinent, iudex eſſet, & vindex contumaciæ priuatorum hominū, & magiſtra-

tuum

tũ. Vnde idẽ probat exẽplo Numę Põpilij &c. ergo optimè facit Sũmus Pontifex Catholicæ Religionis contumaces puniens per cenſuras Eccleſiaſticas &c. quia ſi iudex quilibet põt de qualibet cauſa cognoſcere, cuius officiũ eſt amp'iſſimũ, vt habetur apud Iuris Cõſultos &c. multo magis põt ſupremus Iudex Papa cognoſcere omnes cauſas, cũ generalis ratio ſpeciali præualeat, vt habetur Gloſ. Inſt. ratio autem auctoritatis Papalis, nemo eſt, qui dubitare poſſit, quin ſit generalis: ergo ſequitur idem, quod ſupra.

l. vbi non apparet, § 1. ille cum appo. ff de verb. obli. Gloſ. inſt. de vſu ca. §. quod aũt dictũ eſt.

Pręterea Iacobus Philipp. nr̃ Bergomẽſis, in ſuo ſupplemẽto hiſtoriarũ dicit, in electione eiuſdem S. Fabiani Papæ apparuiſſe ſuper caput ipſius colũbã, eidemq; dixiſſe, Romanus Põtifex eris, vt ẽt ſcribit Martinus Hiſtoricus, hic aũt Sũmus, & Sãctus Pontifex, inter alia decreta ſua, hoc ſingulare decretum repoſuit, vt ſi quis Sacerdotibus iniuriã aliquã faceret, ipſo facto eſſet excõmunicatus. Huic accedit aliud pulcherrimũ, & ſũmè neceſſariũ, vt ſi quis a ſuo iudice ordinario iniuſtã ſententiã pateretur, appellare poſſet causã ſuã, & ſententiã malè latã contra ſe, ad ſedem Apoſtolicã; ergo clarè patet non ſolũ facultas excommunicandi in ſancta Dei Eccleſia Catholica Romana, ſed etiam vſus eiuſdem ſententię excommunicationis per ſanctos Pontifices, & vniuerſale dominium tam ſpirituale, quàm etiam temporale, cum iuſtè fieri poſſit appellatio de omnibus ad ipſam S. Sedem Apoſtolicam &c. ergo ſequitur, idem quod ſupra.

Iacob. Philip. ſup. hiſt. li. 8. in hiſt. S. Fab. mart & Papæ.

Præterea Alexius nr̃ Stradella *Genuenſis* in ſua le-

Alex ſtra della 4 sēt d. 19. art. 13. ſtura de mēte D. Thomę, fundamentaliter dicit, & de mente ēt D. P. Aug. in Epiſt. ad Caſolanū, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege ſunt tenenda, & ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita & contemptores conſuetudinū Eccleſiarum coercendi ſunt: ſed dicit iſte vt ſupra, conſuetudo Eccleſiæ eſt rebelles, & inobedientes coercere, & punire per ſacras cenſuras. Ergo ſequitur idem quod ſupra.

D. Tho. 1. 2. q. 97. ar tic. 3. in corp.

D. P. Aug in epiſt. ad Caſol.

B. Alex. à Sax. Fer.

D. Apoſt. ad Cor. c. 5

Præterea B. Alexander noſter à Saxo Ferrato, loco ſuperius allegato, de mente D. Apoſt. ad Cor. probat poteſtatem Eccleſiæ etiam circa temporalia, & ſæcularia, audet aliquis veſtrum habens negocium aduerſus alterum iudicari apud iniquos, & non apud Sanctos? an neſcitis, qm̄ Sancti de hoc mundo iudicabūt? & parū infrá, quanto magis ſcæularia? ergo claré patet facultas in Eccleſia Dei de oībus iudicandi, & quācūque ſententiā ferendi, etiam excommunicationis &c.

Io. Baptiſta Arrigus lib. 4. elem. Sacræ Theo. c. 27.

Prętereа Io. Baptiſta Arrigus nr̄ Florētinus lib. Elementorum ita docet, Separantur à communione Eccleſiæ peccatores incorrigibiles, & contumaces, ex mandato Domini Nr̄i Ieſu Chriſti, tāquam Hetnici reputātur, cū nec Aue illis ſit dicēdū &c. & idē Io. Baptiſta eodē li. c. 28. dicit, Pōtifex maxim⁹, apud quē etc. ſicut pertinaciter delīquētes vinculo excōmunicationis, & iterdicti iuſtè ligat, & punit; ita ex vi abſolutionis, & Indulgētiarū miſericorditer debita peccatorū remittit ſm̄ D. Apoſt. etc. ergo verū eſt idē quod ſupra.

D. Apoſt.

Prętereа Auguſt. noſter Diuius Neapolitanus, auctoritate S. Conc. Trid. acerrimè inſurgit contra Hæreticos,

ticos,ſciſmaticos,& excōmunicatos, docens non eſſe abſoluendos quādiu remanſerint in eorundem prauitate,& pertinacia. Hinc ergo colligit nō ſolū facultas Eccleſię excōmunicandi,ſuſpēdendi, & interdicendi: ſed etiam abſoluendi.ergo idem quod prius ſequitur.

Pręterea Ludouicus nr̄ Luſitan⁹,dicit ſm̄ Gloſ.c.nēmo 11.q.3.§.anathema ęternæ mortis eſt dānatio ſi cōtenit.Sin min⁹ eſt medicinalis:& nullus eſt excōmunicād⁹,niſi ꝓ cōtumacia,eſt tn̄ verū, qn̄do ponit excōmunicatio ſup act⁹ oīnò nō malos(vt dicitur extra de verb.ſign.)et id patet eodē lib.et loco circa finē ſolutionis dicti cas⁹,docet qualiter excōmunicatio ſuū hēt effectum inpendenti &c. ergo timenda eſt &c.

Aug. Dianius in Studio veræ ſapientiæ lib. 2. c.29. cōc. Trid. ſeſs.14.c. 7. ludouicus luſit.lib. reſp. caſuum conſc.cong. 2 in reſp.ad 1. caſ.

Præterea *G*elaſius Papa huius nominis prim⁹ nr̄,diſcipuluſq; D.P.Aug.(vt refert,ac demōſtrat Ambroſi⁹ nr̄ Staiban⁹ Tarētinus)ipſo gladio excōmunicationis vſus fuit contra Anaſtaſiū Imper. Cōſtātinopolitanū ſciſmaticorū,et hæreticorū fautorē &c.ergo ad tēp⁹ Summo Pōtifici Rom. licet vti dicto remedio excōmunicationis cōtra cōtumaces,& rebelles. Hinc Nicola⁹ nr̄ Barian⁹ Placētin⁹,*P*apa dicit caput vicariale Eccleſiæ, quia eſt Chriſti Vicari⁹ cū plenitudine poteſtatis, q̄ ad Eccleſiæ Regimē requiritur. Nā omni Papæ Canonicè intranti dictū fuit à Dn̄o in ꝑſona D.*P*etri,tibi dabo claues Regni cælorū &c. Hęc aūt maxima poteſtas promiſſa eſt Petro, ac omni ſucceſſori eiūs canonicè intranti data fuit; &c. cum dixit illi Dominus paſce oues meas. Vnde principalis auctoritas Eccleſiæ, eſt auctoritas diuina, quia eſt auctoritas Chriſti

Gelaſius Papa 1. Amb ſtribanus in templo Erem. 1. p. de vita eius Sūmi Pont. Nicolaus placent in ſer quadr. feria 4 cin. ſer. 2. cōclu.1. Matt. ca. 16. Io. 20

Agaton Papa d. 19 c. ſic omnes etc

capitis ipſius Eccleſiæ &c. & infra eodē loco idem Nī colaus de mente. Agatonis Papę dicit, Sic oēs ſanctio nes Apoſtolicæ ſedis accipiendæ ſunt, tāquam ipſius diuina voce Petri formatæ; & in Conc. Caroli Impera toris eadem diſt. c. in memoriā &c. dicit ipſe Carolus., In memoriā B. P. Apoſtoli honoremus S. R. E & ſedē Apoſtolicā, vt quæ nobis Sacerdotalis mater eſt Eccle ſiaſticæ dignitatis, debet eſſe magiſtra rationis, quare obſeruanda eſt cum manſuetudine &c. & idem Nicolaus ab illa excludit omnes excommunicatos, tanquā indignos &c. ergo timenda eſt &c.

Carolus imperator

Fer. 5 maior. Hebd. de Sacr. comun cōcione.

Præterea Dñs Gregorius nr̄ Elparēſis in ſuo ſcripto ſimiliter aſſerit neceſſitatem eiuſdē cenſurę Eccleſiaſticæ auctoritate D. P. Aug immo exēplo, in Epiſt. ſua ad Bonifatium Papā, vbi legitur, qualiter idē D. P. Aug. interdixit introitū Eccleſiæ cuidā, qui violenter quēdā hominem rapuerat, & excommunicationis ſententiā incurrerat. Ergo ſequitur idem, quod ſupra.

Greg elp. in ſcrip. ſuper 4. ſent. diſt. 20. art. 2. in corp. D P. Aug in epiſ. ad Bonif. Papam.

Præterea hoc idē multis vijs, & modis probāt Dñs Hippolitus nr̄ Fabranus Rauēnas vbi ſupra, Marcus Lāzonus Bonon. & alij quamplures ex noſtris, dicētes, & vtentes eodem remedio cōtra rebelles, & cōtumaces cōtra quos iuſtè oīa iura clamāt, ſm̄ D. D. Iuriſtas &c. Rota Rom. deciſ. 16. de dolo, & cōtum. in Nou. Theſa. deciſ. 265. per tex. in c. ei qui appellat. §. ſunt ēt quorū 2. q. 6 in c. de illicita 24. q. 3. Addo tex. in c. quanto 2. q. 4. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat non ierit l. de ætate § qui tacuit ff. de interrogat. action. Surd. cōſ. 360 nu. 10. li. 3. Bar. in l. quādiu īſtitutus 68 n. 5. ff. de acquirēda hęred.

Hippolit. Rau. Marcus Bonon.

CA.

Digitized by Google

CAPVT SEXTVM

In quo Auctor ſequitur agere de eadem Cenſurarum, materia, alias adducens rationes.

MIchael Salon noſter Hiſpanus docet multa fieri iudicia per cenſuras Eccleſiaſticas excõmunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, & q. 70. art. 4 recipit illã ſentẽtiã D. Greg. dicẽtis, Sñtia Paſtoris ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta timenda eſt &c. & q. 67. art. 5 cont. 3. diffuſè diſputat, vtrũ iudex excõmunicatus poſſit iudiciales actus exercere, necnè, & negatiuè cõcludit. Ergo ſequitur idẽ quod ſupra; Idcirco Euang. noſter Boſius Patauinus, dicit (ad rẽ noſtrã) ad oſtẽdendã vim iudicij Eccleſiaſtici verè, & realiter facti, iudiciũ Eccleſię non diſcrepat à iudicio Dei, quo ad ſentẽtiã eorũ, qui verè abſoluũtur, & ligantur; non aũt quoad cognitionẽ eorũ qui boni, vel mali ſunt: quoniã Eccleſia iudicat ſm̃ externa, Deus aũt ſcrutatur renes, & corda &c. Qui de re neceſſariò ſtãdũ eſt Eccleſiaſtico iudicio, nõ diſcrepanti à Diuino (vt dictũ eſt) & ſic obediendũ eſt eidẽ Eccleſiæ: eſt tñ aduertendũ id, quod egregiè docet idẽ Euãgeliſta noſter Boſius Patauinus eodẽ lib. videlicet duplicem eſſe obediẽtiã, in re, & in voto, vnde magis prodeſt prima, quã ſecunda; qua propter optimè ẽt dicit Cornelius noſter Lancilottus de mẽte D. P. Aug. rogãtis oẽs vt obedientiam ſeruent tanquam matrem quodãmodo omnium, cuſtodemque virtutũ &c. & ſic vtentes tali ſancta obedientia vitabunt periculum cẽſurarum *&c.* ergo ſequitur idem quod prius.

Michaell Solon lib. de iuſt. & in qu. 67. art. 1. cont. 2.
D. *Greg.*
Euang. Boſius patau lib. theorem. Theo. 4. dubitat. cont. 16. enunciat. Theore. 2. dubit. 5. cont. enunciat. 15.
obedientia dup. in re, & in voto.
Cornelius Belga li. 2 de vita B. p. Aug. c. 23.
D. p. Aug lib. 14. de ciuit. Dei c. 20. & li de oper. monac & li 8 ſuper Gen. ad litteram.

*P*ræterea B. Abb. noſter *P*atauinus in Luc. dicit, ex-

B. Alb. pat. in luc. c. 18. Dom. 10. poſt pent. ſer. 1. *Num. c. 16.*

tra templū cōgregationis fideliū eſt Iudeus, Paganus, Hereticꝰ, ſciſmaticus, & quilibet excōmunicatus, quorū oratio nō exauditur. Vnde lib. num. Moyſes Dño dixit contra ſciſmaticos &c. ne reſpicias q̄ſo Dñe ſacrificia eorū &c. ergo ſequitur idem quod ſupra &c.

B. Simon de Caſs. li de Relig. Chriſtiana l. 2. c. 1

Preterea B. Simō noſter de Caſſia dicit, ex ſacrilegio īterdū anathema incurritur īter hoīes, & propter reſtitutionē ablatę cōſūptæque, Dei per pænitentiā indulgētia inuenitur &c. ergo idem quod ſupra.

B. Thom. de Villanoua lib. conc. cōc. 1. de ſan Martino.

Preterea B. Tho. noſter de Villanoua Hiſpanus, laudās charitatē, auctoritate D. Apoſt. ad Rō. c. 9. vbi D. Apoſtolus cupiebat anathema eſſe ꝓ fratribus ſuis &c. admittit, excōmunicationē eſſe in Eccl. ſācta Dei tāq̄ gladiū acutū contra hoſtes ſuos &c ergo timēda eſt.

Iacobus Veldius. in ſuis tabulis ſer. 3 Dom 3 quad not. 3. & 4. *D p. Aug in pſ. 88.*

Preterea Iacob. nr̄ Veldiꝰ rationabiliter nominat, & appellat excōmunicationē diuinū fulmē igne ferocius ꝙ corporibꝰ illæſis animā tn̄ acerbo vulnere, ac bonorū oiū cōmunione priuat, quo vtūtur Chriſti miniſtri ꝓ rōe eorūdē offitij, ligādo peccatores ex deliberata malitia, vel aīo ꝑtinaci &c. & liberādo penitētes &c. de qua excōmunicatione mentionē facit ēt D. P. Aug. verb. Thabor, & hermō, hermō inter ꝓta; anathema eiꝰ.

Nicol. plac. lib. ſer quad. conc. vlt. Dom. ſeſag.

Preterea Nicolaꝰ noſter Barianꝰ Placētinꝰ exponēs illud Matt. c. 18. ſi te nō audierit, dic Eccleſiæ, dicit hæc ipſe Dñs, qbꝰ oſtēdit poteſtatē coercendi, ſiue puniēdi incorrigibiles datā fuiſſe ꝑlatis Eccleſię, in qua ēt ipſi Prelati punire ſolēt ipſos contumaces anathemate, & alijs cēſuris &c. & Dom. 2. quad. dicit, maxima pęna, nē pè excōmunicationis maioris impoſita eſt tranſgreſſoribus: ergo ſequitur idē ꝙ ſupra.

Præ-

Præterea Aloyſi⁹ noſter Bariola Mediolanenſis dicit puniẽdos eſſe excommunicationis gladio contumaces, qui ſi per annum integrum in eadem excommunicatione permanſerint, Eccleſia poteſt procedere contra ipſos tanquam contra Hæreticos, iuxta illud Saluatoris, ſi te non audierit ſit tibi &c.

Præterea Dñs Bartholomæ⁹ noſter Vrbinas, de mẽte eiuſdẽ D. P. Aug. dicit, ſola Eccleſia Catholica excõmunicat &c. & idem in milleloquio S. Ambroſij de mẽte eiuſdẽ ſuper epiſt. primã ad Corint. admittit anathema &c. ergo ſequitur idem quod ſupra.

Præterea 2. p. Decretorũ q. 3. c. 2. de mẽte S. Gregorij, sẽtẽtia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta sẽper timẽda eſt, ibidem de excommunicatione diffuſè agitur, & de mẽte D. Io. Criſoſtomi excommunicatio ſeparationẽ ſignificat, & de mente D. P. Aug. Sathanæ traditur qui excommunicatur, & a Chriſto ſeparatur &c.

Prçterea Bartholomeus Githeus Talamellenſis pulchrè agit de eadem materia, & præcipuè adminatur de nimia aliquorum ſubditorũ Eccleſiæ temeritate, minimè timentium eaſdem cenſuras &c.

Prçterea poſtremo, & vltimo loco Thomas Talamellẽſis pñtis opuſculi collector probat idem, ꝙ ſupra ex 1. lib Mach. legitur n. ibidẽ qualiter Iudas Machabe⁹ vs⁹ fuit anathemate cõtra filios Beã, ꝗ erãt populo in laqueũ, & ĩ ſcãdalũ, inſidiãtes eidẽ ĩ uia &c q̃to magis ergo vti poterit pro neceſſitate, & opportunitate caſuũ accidentium in Eccleſia Sancta Dei eodem anathemate Summus Põtifex, vt ſalutare remediũ porrigat ſpi

Aloyſius Bariola l. florum, coment. Domini Fran c. pegna indirect. inquiſit. p. 2 cõ. 12 matt c. 18 bartholo. urb. in milleloq D. p. Aug. uerb. excom. li. 3. de bapt. cõt. donat. Ad cor. c. 5. D. Greg. D. Io. Criſoſt. D. p. Aug bart. Githeus lib. ſuperius allegato § reſp. ad multos errores circ. cenſuras. Eccleſiaſt. Thomas Talamellẽſis huius oper. coll. macb li. 1 c 3. D. p. Aug in ep Epiſ. 75.

Digitized by Google

ſpiritualiter languentibus &c. eo magis, quia D. P. Aug. determinatiuè docet neminē poſſe excōmunicari propter alterius ſcelus, ſiue flagitium, appellans excōmunicationē ſuppliciū ſpirituale &c. quoniā peccatum, propter quod fertur excōmunicatio, non eſt originale peccatū, ſed perſonale, ſiue actuale, & ſic vn⁹ propter alterius peccatū excōmunicari non debet, ſed propter propriū, &c. & idē D. P. Aug. dicit, Agunt etiā hoīes pœnitētiā, ſi poſt Baptiſmū ita peccauerint, vt excōmunicari, & poſtea reconciliari, mereantur; ſicut agūt in oīb⁹ Eccleſijs illi, qui propriè pœnitentes appellātur, de quibus D. Apoſt. dicit Ne iterū, cū venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerūt, & pœnitētiā nō egerunt ſuper im munditia &c. & lib. 11. ſuper Gen. ad litterā idē D. P. Aug. loquēs de expulſione ipſi⁹ Adæ à terreſtri Paradiſo, dicit, Alienatus. n. à vita, non ſolū quā fuerat, ſi præceptum ſeruaſſet, cum Angelis accepturus, ſed ab illa ēt, quam ducebat in Paradiſo fœlici quodā corporis ſtatu, ſeparari vtiq; debuit a ligno vitæ, ſiue ꝙ ex ipſo illo ſubſiſteret fœlix ille ipſe ſtatus corporis ex re viſibili, virtute inuiſibili, ſiue quod in eo eſſet ſacramentū viſibile, inuiſibilis ſapientiæ. Alienandus inde, vtique fuerat, vel iā moriturus, vel ēt tanquam excōmunicatus. Sicut ēt in hoc Paradiſo, ideſt Eccleſia ſolent à Sacramentis Altaris viſibilibus hoīes diſciplina Eccleſiaſtica remoueri, &c. & idem D. P. Aug. auctoritate D. Apoſtoli, Auferte malum ex vobis ipſis. Quia cū quiſque impeditur ab Eccleſiæ congregatione, malos ho-

D. P. Aug. Epiſ. 108 ad Selaucianam.

D. Apoſt. 2. Cor. ca. 12.

homines ſeparare, ſi ex ſe ipſo auferat malum, non eis corde miſcetur, atque ita ſpiritualiter non ſolum coniungitur bonis: ſed etiam ſeparatur à malis, &c. & 2. eiuſdem D. Apoſt. ad Timot. c. 5. neque communicaueris peccatis alienis: tanquam ille diceret, fieri poſſe, vt aliquis malos ab Eccleſiæ congregatione ſeparare, nō poſſet, & ideo tollerare cogeretur, & 2. Cor. c. 5. quid enim mihi de his qui foris ſunt iudicare, nonne de his, qui intus ſunt, iudicatis? & lib. vnico contra mendacium auctoritate eiuſdem D. Apoſt. ſi quis non obaudit verbo noſtro per Epiſtolam, hunc notate, & nolite commiſceri cum eo, vt erubeſcat, & non, vt inimicum exiſtimetis: ſed corripite vt fratrem, & parum infra eodem capite auctoritate Saluatoris, ſi Eccleſiam nō audierit, ſit tibi, ſicut Ethnicus, & publicanus, &c. & cap. 5. eiuſdem libri contra mēdacium, dicit, cum ergo ſiue per negligentiam Præpoſitorum, ſi per aliquam excuſabilem neceſſitatem, ſiue per aliquas occultas obreptiones inuenimus in Eccleſia malos, quos Eccleſiaſtica diſciplina, corrigere, aut cohercere non poſſumus, tunc, ne aſcēdat in corpus noſtrum impia, & perniciosa præſumptio, qua exiſtimemus nos ab his ſeparandos eſſe, vt peccatis eorum non inquinemur, atque ita poſt nos trahere conemur, veluti, mundos, ſanctoſque diſcipulos ab vnitatis cōpage, quaſi à malorū cōnſortio ſegregatos &c. & per Eccleſiaſticam diſciplinam etiam ſegregatione à malorum conſortio, intelligitur excōmunicatio, idē li. vnico, docet non ſolū tria flagitia mortifera excommunicatione puniēda

1. Cor. c. 5. 2. ad Tim. c. 5.

2. Cor. c. 5

D. p. Aug. lib. cont. mendaciū. c. 5.

2. ad theſſal.

matt. c. 18

D. p. Aug lib de fide, & oper. b° c. 19. donec humiliori pœnitentia ſanentur, nempè impudẽtiam, idolatriam, & homicidium: ſed et multa alia ſcelera &c. & lib. 5. quæſt. in Deut. auctoritate D. Apoſt. *D p. Aug lib. 5. q. in Deu q. 71. Deu c. 24. D. Apoſt. 1. Cor c. 5* Quid enim mihi de his, qui foris &c. & de verbis Domini ſecundum Matt. c. 6. idem Apoſtolicum dictum repetit, & Hom. 50 & de tempore ſer. 42. auctoritate D. Apoſt. In charitate radicati, & fundati &c. talem *D. p. Aug. de verb. Domini ſecundum Matt. c. 6. & de tẽp. ser. 12. Ad Eph. c. 3.* ergo charitatem habeamus (Fratres) vt omnes homines toto corde amare poſſimus &c. & parum infra, Dilige ergo, & quidquid volueris fac; ama ex toto corde tuo, & quod volueris exerce in proximo tuo. Si iraſceris dulce eſt, quia de charitate procedit: ſi corripis, ſuaue eſt: ſi caſtigas, etiam flagellas, acceptabile eſt, quia verus amor eſt & quando caſtigas, quando etiam de Eccleſia proicis foras. Et ſic excommunicatio ex charitate procedere debet &c. & de tempore multoties mentionem facit de excommunicatione, docens *D. p Aug. de tẽp. ſer. 129.* excommunicatos eſſe omnes negantes fidei articulos, præcipuè circa diuinam incarnationem &c. ex quibus omnibus ſapientiſſimis dictis, & ſententijs eiuſdem D. P. Aug. de facili colligitur veritas eiuſdem pœnæ excommunicationis, & quàm ſit timenda, ne fiat per eandem excommunicationẽ ſeparatio à Chriſto capite, & à membris eius &c. Placeat ergo omnibus fidelibus diligenter cauere ab eadem, ne in Diaboli laqueũ incidant &c. & ſit finis huius Tractatus, necnon & capitis &c.

IN-

INCIPIT QVINTVS TRACTATVS. EIVSDEM LIBRI

Rationalis vtriuſque Eccleſiaſticæ Poteſtatis, in quo auctor agit pro ſuo captu de immunitate, libertateque Eccleſiaſtica. Cap. I.

TAnti valoris, tantæque extimationis ſiquidē fuit apud homines ipſa libertas, vt oīa bona temporalia longè ſuperauerit, ſecundū illud Poeticum dictum, quod ab hominum ore frequenter procedit. Non bene pro toto libertas venditur auro: hanc ſimiliter D. Apoſtolus maximè commēdauit dicens, Nos autem ſumus filij liberę, qua libertate Chriſtus nos liberauit, at ſi tantæ dignitatis, tātæque conditionis ſemper iudicata fuit libertas, communiter accepta, vt Iuris Cōſulti eam rem ineſtimabilem vocāt, qua ratione ab aliquibꝰ prauè diſpoſitis libertas Eccleſiaſtica ēt extimari nō debet, cum ēt ipſa ortum habeat, & trahat ab eodem Saluatore, & liberatore Dño Noſtro Ieſu Chriſto? idcirco non ab re D P. Aug accipiens illud ad Rom. Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, dicit, In carne quidē vera; ſed non in carne peccati *&c.* poſt pauca referens illud D. Io. Euangeliſtæ, Ecce venit Princeps mundi, *&* in me nō habet quicquam, Quare ergo me occidit? quia quæ non rapui, tunc exoluebam. Prorſus, quid fecit? de tributo, hoc fecit, *&* de morte exigebatur tributum, di

D. Apoſt. ad Gal c. 4

D p. Aug. de uerb. Apoſt. ſer 6. cap 8. cap. 14.

dragma, quare inquiunt, tu & Diſcipuli tui, non redditis tributum. Vocauit ad ſe Petrum, & ait ei, Reges mundi à quibus exigunt tributum? à filijs ſuis, an ab alienis? Reſpondit Petrus ab alienis: ergo inquit Chriſtus: liberi ſunt filij: tamen ne ſcandalizemus eos: vade ad mare, & mitte hamum, & qui primus ſurrerit, ideſt primogenitus ex mortuis: aperi (inquit) os eius, & dragmas inuenies, ibi ſtatemem, ideſt duas, di dragmas ideſt quatuor dragmas inuenies ibi ſtaterem, hoc eſt quatuor dragmata da eis pro me, & pro te; quid eſt ipſe Chriſtus, & Petrus, Eccleſiæ Chriſti quatuor Euãgelia miniſterium latebat: quia illa quatuor dragmata quatuor Euangelia ſignificabant &c. Vnde Dominus Ieſus Chriſtus ſoluit tributum, non debitum, & talis ſolutio ſignificabat quatuor Euangelia, quæ mittebantur ipſis tanquam neceſſaria ad ſalutem, & ad ſcandalum euitandum: idem aſſerit D. P. Aug. ita etiam dicit & docet D Thom. vt habetur Matth. c. 17. Chriſtus poterat ſe à tributo excuſare: quia liberi ſunt filij Regum, &c. tamen mandauit tributum ſolui ad ſcandalum vitandum &c. non ergo ex neceſſitate: ſed ex Dei benignitate, ſolutum fuit, idem tributum à Domino Ieſu Chriſto propter prædictas cauſas, & rationes; ita etiam non debent cogi Chriſti Sacerdotes, & ſerui a quibuſcunque ſęculi principibus abſolutionem cuiuſcunque tributi, cum eorum immunitas à Chriſto Domino omnium Principum, Principe Summo, ortum ducat (vt probatum eſt) &c.

D. p. Aug. in pſ. 137. D. Th. 2. 2. q. 10. art. 10. in cor.

Præterea B Simon noſter de Caſſia lib. 9. de Relig.

Chri-

Chriſtiana tractans illud de tributo ſoluto à Domino Ieſu Chriſto ſecundum illud Matthei, dicit, Chriſtus dixit Diuo Petro preueniens eum, quid tibi videtur Simon, Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum, à filijs ſuis, an ab alienis? ab alienis, dicit Petrus, dixit illi Ieſus, ergo filij ſunt liberi. Hæc ſententia veritatis ex his verbis ſumenda eſt, Deus Pater Rex, & Dn̄s vniuerſi ſummo iure vnicum filiū habet in ea conſtitutum libertate, qua Pater; igitur ſi filij Regum mundi, liberi ſunt a cenſu, & exactionibus fiſcalibus impoſitis: decreto Paternorum Regum multo magis Dei filius liber erit, etiam vna cum ſuis complicibus, & ſodalibus, nam ēt Regū filij, quos elegerūt ſocios ſæpè fecerunt exemptos, ſic ēt & Diſcipuli, & ſodales æterni Regis exiſtimātur a cenſu, & tributo liberi, vt iuſtum eſt, & ſic cōcludit Dn̄m Ieſū Chriſtū ſoluiſſe tributū, ne ſcādalizaret eos, & non ex neceſſitate, penes quē manēt oīa regnorū iura &c. ſic ergo & Clerici Domini Ieſu Chriſti ſerui immunes exiſtimandi ſunt &c.

B. Sim. de Caſſ. lib 9. de Relig. Chriſtian. c. 41.

cap. 17.

Præterea idem docet B. Aug. noſter Anconitanus, fundamentaliter ſic, ſicut capiti naturali ſpecialior cura eſt de oculis, quam de alijs membris, ita Papæ capiti corporis myſtici eſt ſpecialior cura de illis, quos exēptis facit &c. modo Clerici videntur eſſe, ſicut oculi Papæ, & totius Eccleſiæ, dicente Saluatore, vos eſtis lux mūdi &c. ergo meritò clerici debent eſſe immunes &c. & idē B. Aug. eodē lib. refert illud de tributo ſoluto à Chriſto &c. & eandem dat ſolutionem præcipuè ne ſcandalizaret eos quod quidem ſcandalum modo non debet impedire bonorum Eccleſiæ temporaliū cōfer-

B. Augu. Anc. li. de Pot. Eccl. q. 61. ar. 4. matth. c. 5

q. 6. art. 8. ad 2. arg.

D. Thom. 2.2 q. 43. art. 8. uationē, ac eiuſdē libertatem : quapropter D. Thom. pro fundamento eiuſdem veritatis ſuſtinendæ adducit exemplum D. Thomæ Martiris Cantuarienſis, qui petijt res Eccleſiarum cum ſcandalo Regis Angliæ ferentis leges vtilitati, immunitati, ac dignitati Eccleſiaſticæ repugnantes, quibus quantum potuit reſtitit, ēt vſque ad ſanguinis effuſionem, vt patet in Hiſtoria eiuſdē D. Thomæ. Dicit ergo ibidem *D.* Thomas Aquinas in corpore articuli, *C*irca bona temporalia diſtinguendū eſt. Aut.n. ſunt bona noſtra, aut ſūt nobis ad conſeruandū pro alijs commiſſa, ſicut bona Eccleſiæ committuntur *P*ræla*tis*, & bona communia quibuſcunq; Reipublicæ Rectoribus: & talium conſeruatio ſicut, & depoſitum imminet his, quibus ſunt commiſſa ex neceſſitate; & ideo non ſunt propter ſcandalum dimittenda, ſicut nec alia, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Temporalia uerò bona, quorū ſumus Domini, dimittere ea tribuendo, ſi penes nos habemus: vel non repetendo, ſi apud alios ſint propter, ſcandalū; quandoque quidē debemus: quandoque non; ſi enim ſcandalum ex hoc oriatur propter ignorantiam, vel infirmitatem aliorum, quod ſupra diximus eſſe ſcandalū puſillorum tunc, vel totaliter dimittenda ſunt temporalia, vel aliter ſcandalum ſecandum ſcilicet per aliquam admonitionem. Vnde dicit D.P. Aug. Dandum eſt, quod nec tibi, nec alteri noceat, quantum ab homine credi poteſt, & cum negaueris quod petijt, indicanda eſt ei iuſtitia, & melius ei aliquid dabis cum petentem iniuſtè correxeris &c. aliquando verò ſcādalum

pulchra diſtinctio, et doctrina.

D.P. Aug li. de ſerm. Domini in monte.

na-

naſcitur *ex* malitia, quod eſt ſcandalum *Phariſæorũ*, & propter eos, qui ſic ſcandala concitant, non sũt tem poralia dimittẽda: quia hoc noceret bono communi, & daretur malis occaſio rapiendi, & noceret ipſis rapientibus, qui retinendo aliena in peccato remanerẽt. Vnde dicit D. Gregorius in moralibus, Quidam dum temporalia nobis rapiunt, ſolummodo ſunt tollerãdi; quidam verò, æquitate ſeruata, prohibendi, & non ſola cura, ne veſtra ſubtrahãtur, ſed ne rapiẽtes non ſua ſemetipſos perdãt. Patet itaque clarè ẽt *ex* dictis ipſi⁹ D. Th. Aquinatis vbi ſupra, qualiter oẽs Eccleſię Pręlati tenẽtur defendere, non ſolũ tẽporalia Eccleſiæ bona, non obſtante quocunque ſcandalo quomodocũq; conſiderato, præcipuè ex malitia procedente, ſed ẽt libertatem Eccleſiaſticam tueri, ac protegere; ſicut clariſſimum dedit exẽplum D. Thom. Aquinas de D. Thoma martire Cãtaurienſi, qui propriã paruifecit vitam pro Eccleſiaſtica libertate, quæ etiam omnem tributi ſolutionem *ex*cludit ad principes ſæculares &c.

D. Greg. moral.

Pręterea idem docet Greg. nr̃ Luſit. Coronel dicẽs, Deus nũquã regibus Sacerdotes ſubdidit, *ex* Leuitico, & hoc idem non ſine ma*x*ima ratione, cum dicat B. Egid. noſter Rom Libertas à iuſtitia eſt, modo ſic dici debet de libertate Eccleſiaſtica, nempè quod ſit a iuſtitia, cũ eadem ſemper vſa fuerit Eccleſia, quæ quæcunque facit, iuſtè facit, & ſic idem videtur ſentire idem B. Egid. Rom. ſuper epiſtola ad Rom. c. 13 Cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal &c.

Greg. luſit. li. 2. de ope Reip. ſtatu c. 2. cap. 4: B. Egid. Rom. 2 sẽt diſt. 25 q. 1. art. 6. dub. 1. later. ad 2. arg.

Præterea D. *P.* Aug. de verb. Dñi ſm̃ Ioannẽ, ſi mãſeri-

ſeritis in verbo meo &c.dicit Veritas vos liberauit,ſi non delectat veritas,delectet libertas,quæ(vt dictum eſt)a iuſtitia eſt:quia libertas oībus fauorabilior eſt, qua vſq; modo vſa eſt,& iuſtè in futurū vſura eſt Eccleſia:quia libertas ſemel competens,non pōt retractari:ſed hāc non tm̄ ſemel:ſed pluries, & sēper S. M. E. habuit,ergo non debet retractari,ſeù auferri,ſic etiam docet Ambroſius nr̄ Partenopeus ſm̄ Iuris Conſultos libertas eſt naturalis facultas eius,quod cuique facere libet,niſi vi,aut iure prohibeatur,at hæc Eccleſiaſtica libertas a nullo iure prohiberi pōt,ſeu impediri valet, niſi a Iure Canonico, quod ius talem dedit Eccleſiæ facultatem,ſeù libertatem,cum cæteræ leges,& iura ei dem Iuri Canonico ſubdātur, vt probatum eſt ſupra tractatu quarto &c. at ſi vi aliqua eadem libertas quouis modo prohiberetur à non potentibus, nec debentibus in hoc ſeculo(vt ſepè accidit)ipſi prohibētes meminerint,nullū violentū eſſe perpetuū, vt docet Philoſoph. pluribus in locis in lib.de Celo &c. quia libertas præferenda eſt omni cōmodo pecuniario ſic ergo, libertas Eccleſiaſtica præferēda eſt &c.eo magis:quia mos antiquus eſt ſeruādus ſed antiqus mos eſt quod Eccleſia Catholica ſua vtatur libertate ergo idem quod ſupra,pro minori probanda,dicit D.Amb.libertas Sacerdotū ægipti ſignificabat libertatē Eccleſiæ &c.En igitur mos antiqus,q neceſſariò eſt ſeruādus &c. Quo circa Addeodatus nr̄ tāgens huiuſmodi Eccleſiaſticā libertatem de mente D.P.Aug.ad fratres in Eremo, dicit ò Sacerdotes mei,ſi fenus in laico crimē iudicatur: ſi pro-

cap.48. l.libertas ff. de reg. iur. Inſt. de eo cui liber cauſ.§. Hi aūt quos &c. Amb. Partenop. lib. ſer. 4. 2. Dō. quad. Int.deiur. perſ.§. 1. phil.1.cæli tex.77. & 2. tex. 18 & 12. metb. tex. 54. Inſt. de eo cui lib. ca. bonorū ad dict.§ his autē quos imes. Cod. de teſt. l. teſt. oīa D Amb.l. 1.de Abram c.4. Addeod. & Pinnabill. ſer. quad. ſ.3.3. Dō. in Mat. 18 verb. ſi te non audierit.

ſi propter hoc mori debet, & cōdemnatur ad mortem: quid de vobis erit in die nouiſſimo? quid de nobis faceret mūdus, ſi ſuper nos haberet poteſtatem &c. ergo Sacerdotes, hac ſtante auctoritate ſunt immunes, & minimè poteſtati laicali ſubiecti. *D. p. Aug. ad frat. in en ſer. 36 ad ſuos ſacerdotes.*

D. P. Aug. lib. 1. quæſtionū Euangel. (prout refert, & accipit Ioannes Baptiſta noſter de Aſte in ſuo ſcripto 4 ſen. diſ 20. q. 1. art. 2 fundamentaliter. Sic dicit; quod ergo dixit, ergo liberi ſunt filij: in omni regno, intelligendum eſt, liberos eſſe filios .i. non eſſe vectigales. Multo ergo magis liberi eſſe debent in quolibet regno terreno, filij regni illius, ſub ipſo ſunt omnia regna Terræ &c. nam clarè hoc idem habem⁹ ex D. Apoſtolo, cum inquit nam idem Dominus omnium &c. ex his itaque verbis D. Patris Auguſtini, & Apoſtoli, duo clarè colliguntur, primum Eccleſiaſtica libertas, alterum verò omnia terrena regna ſubdita eſſe Eccleſiaſtico Regno &c. Hæc autem veritas ab eodem cōfirmatur, ſiue corroboratur auctoritate D. Io. Euang. Apoſtoli; & Prophetæ, loquentis de Eccleſiaſtico honore, & ſic dicentis Et ambulabunt gentes in lumine ei⁹ & Reges terræ afferent gloriam ſuam, & honorem in illam &c. & extra de ſententia excom. Vnde Ioannes à S. Geminiano in ſua ſumma de exemplis lib 8. c. 22. ſecundum Hoſtienſem decretantes contra libertatem eccleſiaſticam eſſe excommunicatos a iure; & poſſe excommunicari ab homine. *num. 23. matt. 17. Ad Rom. c. 10. Apoc. c. 21. Ioannes à S. Geminiano or. predic.*

CAPVT SECVNDMVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia libertatis Eccleſiaſticæ alias afferens rationes.

> *Inſt. de ex cuſ. tut. §. idem in milite Gloſ. ſup. ver. nec volens. & C. de vaſal. mil. qui ar. bel. deb.*

CLericus eſt miles cœleſtis, & alibi deſijt eſſe miles ſæculi, qui factus eſt miles Chriſti: ergo Clerici ſua frui poſſunt libertate Eccleſiaſtica, cum ſint milites cœleſtes, ac non militent ſeculo, cuius Principes, videlicet ſeculares nullam habent ſuper ipſos poteſtatem, cum non ſint Principes cœleſtes, ſicut & ipſi Clerici ſunt cœleſtes milites.

> *Nicolao Triuth in coment. S. p. Aug. li. 6. de Ciuit. Dei c. 26. pulchrum exemplum.*

Præterea idem probatur pulcherrimo exemplo, quod adducitur à Nicolao Triuth vbi dicit de mente Petri Diaconi, quod valēs Imperator hæreticus data lege, vt monachi militarent; nolentes iuſſit peſſimus Imperator pro tribunos, & milites prædictos interfici: quorum numeroſa multitudo præcipuè in Egipto martirij palmam conſequta eſt. Dictus tamen Imperator ſera ductus pœnitentia, reuocato præcepto, ducens exercitum ſuum cōtra Gothos, à quibus ipſe vna cum Domo, ad quam, vulneratus deportatus eſt, concrematus fuit iuſto Dei iudicio. Vt etiam dicit Droſius, manifeſtè igitur patet, Clericos quoſcunque eſſe immunes à ſæculi ſeruitute &c.

> *Actuum Apoſt. c. 25. obiectio. ſolutio.*

Præterea, etiam ſi aduerſarij pro ſe adducant exemplum D. Pauli Apoſtoli Cæſarem appellantis, virtute cuius exempli arbitrantur omnes Religioſos teneri ſimiliter ad recognitionem, & obedientiam ſiue iudicium terrenæ poteſtatis, & eidem ſubditos eſſe, hoc tamen nō obſtat, & nihil pœnitus concludit contra

iam

iam probatam veritatem. Nam B. Aug. noſter Anconitanus, dicit; & ſufficienter reſpondet de mente D. P. Aug (vt habetur 1 o diſtinctione ſacrorum Canonũ.) D. Paulus Apoſt. appellauit Cæſarem tanquam ciuis Romanus: non autem tanquam maiorem, vel æqualem ſibi. Nam D. Apoſt. hoc fecit, cum aduerſus iniurioſos Romanum Ciuem ſe eſſe teſtatur. Vnde clarius loquens idem B. Aug. eadem quæſt. dicit, quod Papa comparatur ad alios Principes cęteros, ſicut Cœlum ad Terram. Nam ſicut Cœlum generat, & corrumpit, hæc inferiora, alteratque, ac variat ipſa nihil tamen iſtorum inferiorum inſurgit contra ipſum Cælum, vel appellat contra idem. Sed patienter tollerat, quidquid operatur in eis, ſiue per generationẽ, ſiue quouis alio modo &c. ſic papalis poteſtas, tanquam cœleſtis; ita poteſt omnes inferiores poteſtates, tam clericorum, quam laicorum generare, & corrumpere, ſiue alterare, ꝙ nulli licet inſurgere, vel appellare cõa ipſũ. Hinc iure optimo Euangeliſta *Boſius* nr̃ Patauinus, de mente D. Apoſtoli 1. Corint. c. 2. dicentis, ſpiritualis iudicat oĩa, & ipſe a nemine iudicatur, & *Petrus* nr̃ de Aragona oicit, appellationes, quę fiunt a Religioſis ad Principes ſęculares eſſe iniquiſſimas, & prohibitas ſub ſententia excõmunicationis maiori ex parte. Cũ itaq; Sũmus Pontifex vna cũ tota Eccleſia, Clericos eſſe immunes, & liberos a tributorum ſolutione a quá frui liberè poſſe libertate Eccleſiaſtica vt manifeſtũ extat decretũ Sacri Concilii Tridẽtini ſeſs. in medio eiuſdẽ capitis, decernit itaque, & præcipit ſacros Canones, &

B. Aug. Anc. lib. de pōt eccl q. 6. art 4. ad 1. arg. canon diſt 10. art. 5. in corp.

Euangel. patau. lib Theorema tum theor 4. dui. cõt. 16. eunnciationem petrus Arag lib de iuſt & iur. q. 96. art. 3. conc. trid. ſeſſ. 25. c. 20 cupiẽs ſancta ſynodus.

concilia generalia oĩa, necnõ alias apoſtolicas ſãctiones in fauorẽ Eccleſiaſticarũ perſonarũ libertatis Eccleſiaſticæ, & cõtra eos violatores, editas, quæ, oĩa præſenti ẽt decreto innouat, exactè ab oib⁹ obſeruari debere, propter eaq; admonet Imperatorẽ, Reges, Reipublicæ Principes, & oẽs, ſingulos cuiuſcũq; ſtatus, & dignitatis extiterint, vt quò largius bonis tẽporalibus, atq; in alios, qui poteſtate ſũt ornati, eo ſãctius, q̃ Eccleſiaſtici iuris ſũt, tãquã Dei præcipuè eiuſq; patrocinio tecta venerẽtur, necnõ ab vllis Baronib⁹, domicillis, Rectoribus, alijsq; Dominis tẽporalibus, ſeù magiſtratibus, maximèq; miniſtris ipſorũ Principũ ledi patiãt, .i. pmittãt: ſed ſecurè in eos, q illorũ libertatẽ, immunitatẽ, iuriſdictionẽq; impediũt animaduertãt &c. oportet g°. quæ à Cęlo nẽpè Papa, veniũt, & procedũt, recipere, & tolleráre eò magis: qa, vt dicit idẽ B. Aug. *lib de pot. eccl q 44. art. 1. in corp.* ẽt leges Impe. depẽdẽt, & depẽdere debẽt ab Auctoritate Papę, quo iure depẽdẽt a diuina lege cui⁹ ipſe eſt Vicari⁹, & miniſter. Ergo ſequit̃ idẽ q ſupra. Stultiſſimi igitur ſunt illi falſi Religioſi, ſeù ẽt laici, quicũq; ſint forsã ẽt dè fide male ſẽtiẽtes qui ſæpè, nedũ verbis: ſed ẽt ſcriptis pertinacib⁹, falſisq; dogmatib⁹ ſenſu poti⁹, quã intellectu ducti, eodẽq, intellectu obſecati cõtra ſe ipſos, aliosq; agẽtes, ſæpè defẽdere nitũtur cõtrariã poſitionẽ, ac erroneã ſẽtẽtiã, ducti ẽt forsã aliquo cupiditatis ſtudio, vt innuit vbi ſupra Sacrum Tridentinum *D. Apoſt.* Concilium &c. meminerint ergo, ijdem auaritiam, omne malorum eſſe, radicem iuxta Apoſtolicam ſententiam &c.

Præ-

Præterea Iac. Philippus Bergomēſis noſter in ſuo Cronicarum ſupplemento dicit, eundem Summum Pontificem Pium Papam Aquilegium inter alia de creta ſua neceſſaria, hoc vnum ſingulare, feciſſe, ut ſi aliquis laicus cuiuſcunque gradus, & conditionis præ ſumeret, violare Eccleſiaſticam libertātem, vel bona Eccleſiaſtica, vſurpare, deberet aſperè puniri tāquam ſacrilegus. Vnde idem Iacobus Philippus, vtſupra maxima ductus ratione docet, qualiter B. Bonauentura noſter *Patauinus* S. R. E. Cardinalis, & martyr pro conſeruanda, ac inuiolabiliter tuenda libertate Eccleſiaſtica, libenter paſſus fuit mortē à tyrannis, præcipuè à *Carara* tyranno, & hoc accidit Anno Domini 1320. ergo ſequitur idem quod ſupra. *Iac. Philip. Berg. in ſuppl. cronic. lib. 8. Hiſt. Pij papę Aquilegij.* *lib. 13. p. 253. a tergo. exemplū maximè notandum atque imitandum.*

Prętérea Dominus Alexius noſter Stradella Genuenſis in ſuo ſcripto, dicit, pro defenſione eiuſdem libertatis Eccleſiaſticæ de mente D. Apoſt. dicentis, tu qui es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit; cum autem Religioſi ſint ei ſerui immediatè, non debent, nec poſſunt a laico iudice iudicari, & puniri, ergo neceſſario ſequitur idem quod ſupra. Hinc ad rem noſtram facit id quod habetur in capite; cum non ab homine, de iudicio, & hoc priuilegium, quod ſcilicet Clerici non poſſunt iudicari à Laicis, eſt eis cōceſſum à iure Diuino, & hæc eſt communis opinio, vt dicit Alciat. in dicto capite: cum non ab homine, qui refert idem atteſtari Felin. dicit, quod facientes ſeruari ſtatuta vel conſuetudines contra Eccleſiaſticam libertatem, ſunt excommunicati, c. nouerit, de ſētētia ex *Alexius Stradella 4 ſen. diſ. 19. art. 3. in corpore ad Rom. 14.* *libertas eccleſiaſt. de iure diuino. num. 2. Did. prac. q. 3. nu. 1.*

com-

comunicationis, vbi declarat, quod illa ſtatuta, vel conſuetudines dicuntur eſſe crã Eccleſiaſt. libertatẽ, quæ veniunt contra Priuilegiũ conceſsũ Eccleſiæ vniuerſali à Deo, vel a Papa, vel ab Imperatore, & hanc dicit eſſe cõmunẽ theoricã oĩũ doctorũ, vt dicit Abbas, clericos non poſſe huic priuilegio tacitè, vel expreſsè renunciare, vt eſt tex. in capite, ſi diligẽti, &c. & in ver. eſt autem ſequitur: quod nec Clerici, tenentur, citati per iudicẽ ſecularẽ occaſione alicuius delicti corã eo ꝑ ſe, vel per procuratorẽ cõparere, & exceptionẽ clericatus præponere, vt dicit Arcidiaconus in cap. 2. & eſt communis opinio, vt atteſtatur Felinus in c. Veniens &c.

Præterea B. Alexãder ꝑnẽ a Saxoferrato vbi ſupra, declarat Sacerdotũ immunitatẽ, & Eccleſiaſticã libertatẽ, auctorit. D. Apoſt. dicẽtis de ſemetipſo: ſed ego ſub nullius redigar poteſtate, &c. ergo immunis, & ſic de alijs &c. & Antonius miritius Derthonenſius noſter in ſuo Confeſſariorum dilucidario, loquens de Caſibus ex conſuetudine Epiſcopis reſeruatis, dicit, Homicidium voluntarium conſumatum, chrimen falſarij & violationem Eccleſiaſticæ libertatis, ſeu immunitatis eſſe Epiſcopis reſeruatam &c. ergo ſequitur idem quod ſupra nempè Clericos omnes poſſe, & debere liberè vti ſuo libero iure &c.

Felin. in c 1. col. 1. de maior. & obed. & Roc. de conſuet. fo. 51. col. 4 & Reb. in concor. in ſub. de protec. n. 36. lib. 5. 9. fin ver. omnium autem exceptionũ, & idem clar. codẽ lib. q. 77. ver facientes ſeruari Abbas cõſil. 83. in primis verb. lib. 1 ac alij citati d. clarum, qui etiam eodẽ li 5 c. 36. ver 12. Ancid. c. 2 q 14. Alex. à Saxo Fer. D. Apoſt. *1. ad cor. c. 5. Antonius* Derton. *dilucid. confeſſ. pag.* 166.

CAPVT TERTIVM

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia Eccleſiaſticæ libertatis nouas afferens rationes.

LVdouicus noſter Luſitanus egregie docet libertatẽ, ſiue immunitatẽ eccleſiaſticam eſſe de iure diuino

uino de mente D. Anton. confirmatã, nam *Gen.* 47. vbi Ioſeph Pharaoni totã terrã Egipti præter terram Sacerdotum ſubdidit, vbi quam plures alias adducit probationes, quæ breuitatis cauſa omittuntur &c. & idẽ Doctor eodem libro dicit omnẽm legem præiudicantem eidem libertati Eccleſiaſticæ irritam eſſe &c.

Præterea Dñs Greg. nr̃ Elpatenſis vbi ſupra, tangit, ac probat eandem immunitatẽ Eccleſiaſticam auctoritate D. *P.* Aug. per dictũ mundanæ legis, qui plus petierit, quàm ei debetur, amittat, quod ei debetur. Vnde cum perſonæ Eccleſiaſticæ nihil debeãt Domini tẽporalib⁹, cũ nõ ſint de eorũ grege, ac iuriſdictione, vti dictũ eſt. Petentes itaq; huiuſmodi iuriſdictionẽ Eccleſiaſticã, & vexãtes meritò amittere debẽt eã, q̃ habent &c.

Præterea Michael Solon nr̃ Hiſpanus multis modis & medijs probat iã dictã eccleſiaſticã libertatem eſſe de iure diuino auctoritate Pſal. 81. ver. Deus ſtetit in ſinagoga deorũ, in medio aũt deos iudicat, idest eccleſiaſticos, diudicat ipſe, & ſm̃ Pſal. 104. dicit Deus Principibus ſæcularibus. Nolite tangere Chriſtos meos, ideſt miniſtros meos Sacerdotes, & per iã dictũ Gen. 47. fecit Ioſeph tributariam Regi totam terrã egipti præter Sacerdotum terram &c. nec utebatur Ioſeph aliquo iure hummano: ſed ſolo naturali, & diuino, & auctoritate Saluatoris vbi *Petrus* dixit, filios Regis eſſe liberos à tributis &c. & vltimo ſic, ſi hæc immunitas nõ eſſet à iure diuino: ſed humano, certè vel a iure imperatorio, vel à iure Pontificio, ſi primo modo, ergo Imperator poſſet ſuo arbitratu eadẽ priuilegia Cleri-

cis

lib. ſuarũ reſpon. cõſcient caſuum cõg. 9 ad 7. caſum in princ.

D. *Anton p. 2. titul. 1. c. 13. & ſacris canon. ac ciuil.*

congre. habet die 8. Iun. 1591 in ſolut. 2 caſus in prin. agẽt de immunit. Eccle. ſecundum iuris conſultos

Greg. Elpa.

D. *p. Aug in pſal. 18 ver. inclina cor meũ &c.*

Michael Solon lib. de iuſt. & iur. q. 67. art. 1. cõcl. 3.

pſ. 81. pſ. 104. Gen. 47. Matt. 17.

cis conceſſa abrogare, quod eſſet maximum abſurdũ &c. ſi ſecundo modo; ergo Pontifex à ſe ſolo, vel de conſẽſu Principũ Chriſtianorũ &c. neutrũ iſtorũ modorũ ergo ſequitur quod dicta libertas ſit de iure diuino, & idẽ Doctor eodem loco Cõcluſione 4. docet, Clericos eſſe exẽptos iure diuino, quantũ ad gubernationẽ ſpirituale, & non eſſe ſubiectos iudicio ſæculari cuiuſcũque Principis ſęcularis. Quantum ſimiliter ad gubernationẽ tẽporalem dicit eſſe exẽptos, nec aliquo pacto eſſe ſubiectos in cauſis criminalibus vel ciuilibus cuicunque iudicio ſæculari, non iure diuino: ſed iure humano Pontificio, & ciuili de conſenſu Principum, & idem doctor eodem loco Concl 5. diffusè docet huiuſmodi exemptionẽ clericorũ, eſſe maximè conſonũ, & conuenientem iuri diuino, præcipuè auctoritate D. Apoſtoli, à ſimili, ſicut ad euitandũ ſcandalum nõ videtur congruum, iudicem infidelem iudicare fideles: ita à pari repugnare videtur, iudicem laicum iudicare Religioſum &c. ergo ſequitur idem quod ſupra.

pulchra doctrina.

D. Apoſt. 1. ad cor. c. 6.

Præterea Barth noſter Vrbinas in milleloquio. D. P. Aug. de mente eiuſdẽ, in omni regno intelligendum eſt liberos eſſe Regni filios, ideſt non eſſe vectigales &c. multo magis ergo liberi eſſe debent in quolibet regno terreno filij eiuſdem Regni, ſub quo ſunt omnia regna terrena: idcirco idem Barth. in milleloquio S. Ambroſij verbo Sacerdos de mẽte eiuſdẽ D. Ambroſij in Conc. Aquileg non debet Sacerdos a laicis iudicari &c. idem eodem lib. verb. Papa de mente eiuſdem D. Ambroſij in Epiſtola ad Anitum Papam nõ debet

Barth. Vrbinas in milleloq. D. p. Aug verb lib. lib. q. q. Euang. q. 23.

Sa-

Sacerdos, vel Papa à laicis iudicari propter ſuam excel lẽtiã &c.& idẽ eodẽ libro verb. Imperator de mẽte eiuſdem D. Ambroſij, Eccleſia Dei eſt, vtique Cęſari nõ det addici: quia ius Cæſaris non põt eſſe Dei tẽplũ &c. *ub.5.epiſt*

Præterea 2. p. Decretorum, nullus Clericus conueniatur ad ſæcularem iudicem, exemplum de Conſtantino Imperatore, qui in Synodo Nicena audiens quorundam querelam corã ſe deferendam, dixit, *Vos à nemine diudicari poteſtis &c.quia ad ſolum Dei Iudicium reſeruamini,* & capit continua *Ante Iudicẽ Ciuilem Sacerdotes non accuſentur* &c. & cap. 8. nemo iudicabit primam ſedem Iuſtitiam temperare deſiderantem, & cap. 25. Violatores equidem poſſent impediri, ne fungerentur munere ſuo, quoad diuina. In ſpiritum ſanctum blaſphemant, qui ſacros Canones violant, & infra, *Priuilegia* Eccleſiarum, & Sacerdotum in temerata, ac inuiolata cunctis decernimus, manere temporibus, & leges Eccleſiaſticas Apoſtolica auctoritate firmamus, & peregrina ſub mouemus iudicia, & ſuper eadem 2. Parte de mente D. Gregorij Papæ. Excommunicatione ſubiaceat, qui Eccleſiaſtica prædia inuadit, & infra de mente Nicolai Papæ excommunicentur, qui Principum auctoritate res inuadent Eccleſiaſticas &c.de mẽte D. Ambroſij diffusè agitur de libertate Eccleſiaſtica, & inter cętera Gloſatur illud.Saluatoris reddite, quæ ſunt Cæſaris Ceſari, & quæ ſunt Dei Deo &c.quod etiam gloſat D P. Aug. dicẽs, ſi Cęſar quærit in nũmo imaginẽ ſuã, De⁹ nõ quęrit in homine imaginem ſuã. Et ad hanc ſimilitudinem &c.

cap 2 q. 1. c. illud ad ſæcularẽ iudicem.

c. 12. & c. 23.

pſ. 94. in principio.

Barth Githeus ad Remp. Venet. c. 2. Sot. 4. ſen. diſt. 25. ratione 4.

Præterea Barth. Githeus Talamellenſis in ſuo libello ad Remp. Venetã, de mente Soti, docet eandẽ libertatẽ Eccleſiaſticam: quiá ſequeretur hoc maximum abſurdum, quaſi Sacerdotes nõ eſſent liberi: ſed ſubditi laicis Principib⁹ &c. & ſic finis p̄ſentis capitis &c.

CAPVT QVARTVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem materia, alias afferens rationes.

c. 13. lect. 44.

B. Egid. nr̃ Rom. ſuper Epiſt. D. Apoſt. ad Rom. verb. & carnis curã ne feceritis, dub. 1. Priuilegijs Principum etiam apud Gentiles Clerici diuinis vacantes operibus non tenebantur Principibus dare tributa, quod conſonũ eſt rationi: quia ſi Principibus debentur tributa: ex eo quia vacant cõmuni bono humano: cum modus humanus, non ſufficiat ad gubernandũ cõmune bonũ, niſi per diuinum auxiliũ adiuuetur, Clerici aũt vacantes diuinis, & fundentes preces ad Deũ, pro cõmuni bono, ẽt vt Reges poſſint bene regere, & gubernare cõpẽsãt Regibus ſi in aliud laborant pro eis: immò, non ſolum compẽſant: ſed ẽt ſuper errogant: quia modus diuinus eſt in ſupplementum modi humani: vnde plus faciunt Clerici Diuinis vacantes, pro Regibus, quã Reges pro ipſis: ideo magis tenentur Reges tributa ſoluere Clericis: quam è conuerſo: & ſic Clerici abſoluuntur, à ſolutione tributorum; accipit ẽt ibidẽ illud Geneſis, vbi ſubiecit Ioſeph per totã terrã Egipti præter Sacerdotũ terrã &c. & idcirco D. P. Aug. de verbis Domini exponẽs illud Matthei c. 22. quæ ſunt Cæſaris Cæſari; &c. nihil amplius

c. 47. D. p. Aug de verb. Domini ſecundum matth ſer. 19.

plius exigatis, quam quod conſtitutum eſt vobis &c. & infra, ne autem ignorantes plus exigendo in peccatum incidant, aut teſtantes publicā, decipiant functione &c. ſed ſæpè, ac ſæpius multi tentant, & volunt exigere pluſquā ſibi conſtitutū eſt, nedum a laicis, verum ēt à Religionis, & Clericis, a quibus nihil omnino exigere poſſunt, & debent. Hinc contra eoſdem exactores Nicolaus nr̄ Barianus Plac. inſurgit dicens, ipſos eſſe excōmunicatos, tentātes ſubditos ſubtrahere pertinaciter, ſeù quouis modo præſumentes vexare iuriſdictionem, ſeu fructus, ad Eccleſiaſticas perſonas pertinentes, vel vſurpare, vel rapere directè, vel indirectè per ſe, vel per alios, allegans Bullam Cenæ Dn̄i, &c. & idem, eodem lib. adducit exemplū cuiuſdā Regis Perſarum, qui in tanta reuerentia haberi voluit Regiam ſedē apud ipſos Perſas, vt eſſet eis capitale hoc ſcelus de capitatione puniēdū: qui ipsū Regiū ſoliū occupare tentaſſent: vt recitat Valerius, quāto magis ergo exhibēda erit reuerentia Dei templo, perſoniſque Eccleſiaſticis, ac etiam bonis ſuis temporalibus.

Nicol. Plac. lib. ſer. quad. fer. 5 maior. Hebd.

fer. 2. dom 4 quad cō clu. 4.

lib 5. de Humanitate.

Præterea pro nunc concludendum eſt cum B nr̄o Aug. Ancon. vbi de mente S. P. Aug. hæreticum eſſe qui alicuius cōmodi tēporalis, vel gloriæ principatus ſui gr̄a, falſas, ac nouas opiniones gignit, vel ſequitur in Eccleſia, quo circa cū hæc poſitio de auferenda, vel turbanda, eadē libertate Eccleſiaſtica ſit quodamodo nedum noua, verū ēt, & falſa prorſus vitanda erit tanquā mala, & hæretica, cū directè contradicat, ac repugnet decretis, atque determinationibus Eccleſiæ, vt di-

lib. de pot. Eccl q 10 art. 2. in corp.

D p Auguſt lib. de vtilitate credendi.

ctum ſuperius: nec valet ſeu admittenda eſt, quæcunque ſtatus ratio (vt aiunt,) aut quæcunque alia vana excuſatio pro tali falſa, poſitione ſuſtinenda, & defendenda, dicente, ac ſtante præallegata S.P. Aug. auctoritate, qui alicuius commodi temporalis, vel gloriæ Principatus ſui gratia &c. Deponāt igitur oppoſitum ſuſtinentes prædictam falſam opinionem, & toto eorum conatu, ſequantur veritatem determinatam, a S. M.E. cuius proprium eſt, eſt iudicare de vero ſenſu ſuper ſcripturis, vt docet Sacrum Concil. Trid. & ſimiliter idem B. Aug. de mente S. P. Aug. aliud eſt cauſis terminos imponere; aliud eſt ſacram ſcripturam diligenter exponere, in negocijs, ergo, & quæſtionibus inſurgentibus de fide definiendis, & terminandis, non ſolum neceſſaria eſt ſcientia: verum etiam, & poteſtas. Vnde Dominus noſter Ieſus Chriſtus D. Petro dicturus: quodcunque ligaueris ſuper terram &c. prius dixit tibi dabo Claues Regni Cęlorum, per quas Claues ſignificatur poteſtas Petro data &c. Ecce itaque qualiter non ſolum ſcientia, ſed plus eſt ipſa poteſtas, quibus omnibus certè carent(vt experientia docet)ſuſtinentes, & docentes oppoſitum, quod quidem veri fideles, totis viribus ſuis vitare, ac diligenter cauere debent, ne decipiantur à falſis doctoribus falſa dogmata docentibus; quod facit Deus.

Concil. Trid. ſeſſ. 4 dec. de edit. & vſu ſac. lib.

B. Aug. l. eodem q. 60 art. 6. & q. 10. arg. 1. ad arg.

Præterea B. Egidius noſter Romanus ſuo tractatu quomodo Reges, & Principes poſſint poſſeſſiones, & bona Regni peculiaria Eccleſijs elargiri, reſpondens quibuſdam oppoſitionibus, ita dicit. Dato, quod Rex

2. parte.

iuret

iuret, non alienare bona immobilia pertinentia ad Coronam eius, patet quod non eſt alienare huiuſmodi bona, quandiu ſunt ſub protectione, & defenſione Regis, & quandiù pertinent ad Regnum, & ſunt de veritate Regni: quia quandiù Rex debet de rebus, & poſſeſſionibus regni patrocinium, conſequens eſt, quod Rex, & poſſeſſione Regni debeant Regi in neceſſitate obſequium, per Vgonem, & infra quantum ad bonum laicorum, & Eccleſiarum, non eſt eadem menſura, & modus apud Regem: quia bona Eccleſiarum abſque licentia capitis Eccleſiaſtici Summi Pontificis, non ſunt ſub Regia poteſtate, niſi quoad defenſionem; non autem quoad diſpoſitionem, & hoc quidem diffuſius declarat 4. parte eiuſdem Tractatus. Ergo ex hoc etiam clarè patet Eccleſiaſtica libertas, ſeù immunitas &c. de qua dicit etiam *Petrus* Folerius Iuriſconſultus in ſua Canonica Criminali praxi, qui violat immunitatem Eccleſiæ Sacrilegium committit, quod exemplo probatur, ab eodem relato, eadem 2. parte, ubi dicitur. Tempore meo quidam de Sancto Cipriano de nocte frangens oſtium, Eccleſiæ abſtulit quendam Calicem in quo erat Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ: quo per eum cognito, mãducauit Euchariſtiam, demum Calicem uendidit, & captus in terra ſchifati, & redacti in fortiſſimæ Regiæ Principatu citra, tortus confeſſus fuit, & inſuper dixit quod cõmiſſo dicto ſacrilegio, quidã eũ, ſéper infeſtabat, ut rediret domum, & non fugeret, & dum ipſe uellet aufugere, faciebat ipſum retrocedere uerſus Domũ

Petrus Foler. 2. p. indical. num. 8 num 53. circa fine exemplũ maxime notandum

in

in tm̄,quod p̄ quatuor dies nunquã potuit prolongari, & abeſſe ab eius Domo, vſque quo captus fuit tandem fuit trãſinatus, & manibus decurtatis in loco Eccleſiæ fuit ſuſpenſus, & demum in fruſtra diuiſus, & meritò quidem, poſtquam tantum auſus fuit cõmittere facinus &c,ergo ſeruanda,ac cuſtodienda eſt ſemper prædicta Eccleſiaſtica libertas,de qua D.Thomas dicit,Chriſtus venerat nos in ſtatum libertatis inducere de ſtatu ſeruitutis: & ideo ſicut mortalitatem noſtram ſuſcepit,vt nos ad vitam reduceret: ita (vt Beda dicit)eo tempore dignatus eſt incarnari,quo mox natus, cenſus Cæſaris adſcriberetur, atque ob noſtri liberationem,& ipſe ſeruitio ſubderetur &c. ergo ſequitur idem quod ſupra nempè quod ſemper ſit cuſtodiẽda.& non offendenda iam dicta libertas, cuius curam habet, & ipſe Dominus Dominantium, quem D. P. Aug.comparans ad Solomonem,dicit, eundem Solomonem, fuiſſe figuram eiuſdem Domini Noſtri Ieſu Chriſti,de quo multa fuere adimpleta,quę Solomoni minimè conuenire potuerunt, dominabitur à mari vſque ad mare,& à flumine vſq; ad terminos terrę; quod in Chriſto videmus impleri: a flumine quippè dominandi ſumpſit exordium,vbi baptizatus à Ioanne,eodem moſtrante, cœpit agnoſci à Diſcipulis, qui eum non ſolum magiſtrum; verum etiam Dominum appellauerunt &c.Patet itaque tandem quomodo,qualiter, & quando ſit attendẽda, eadem Eccleſiaſtica libertas. Et ſic finis huius Ttractatus, & capitis.

D. Thom. 3.p.q 35. art 8.ad 1 arg.

D.p. Aug lib. 17. de Ciu. Dei c. 8.

pſ.71.

IN-

INCIPIT SEXTVS TRACTATVS.

Rationalis Vtriuſque Eccleſiaſticæ Poteſtatis, in quo Auctor admonet omnes inobedientes, & rebelles S. M. Eccleſiæ exemplo multorum caſuum ſubſequentium, vt obediant ac ſibi diligenter caueant. Cap. I.

PHiloſophus hui⁹ ſæculi ſapiẽs maxim⁹ inter oĩa præclara documenta ſua hoc vnũ ſingulare nobis (ad rem noſtram) tradidit nempè, non eſt iuſtum oẽs ſimiliter increpare: ſed videre oportet dicendi cauſã, quæ nã ſit. Qua propter quæ nã ſit cauſa admonendi, & increpandi inobedientes, & rebelles S. M. E. D. Hier. Proph. egregiè docuit cum Deus optimus eundẽ ſãctum Prophetã admonẽs dicit, quid tu vides Hieremia? reſpõdit, virgã vigilantem ego video, dicit que De⁹ Prophetæ bene vidiſti: quia vigilans vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud iterũ ſecũdo Deus interrogauit, eũdẽ ſanctũ Prophetã, quid tu vides? ollã ſuccensã ego video, & faciẽ ei⁹ a facie aquilonis &c. modo ad rẽ noſtrã, per virgã vigilãtẽ, & meritò quidẽ, ſignificari, & intelligi poteſt, Sũmus Pont. eiuſdẽ Dei Vicarius, cui ẽt ſummopere vigilare conuenit, dicente D. Amb. ſuper Luc. Videte Eccleſiæ ſurgentis exordiũ, Xpus naſcitur, & paſtores vigilare cæperũt, quos bonus Paſtor informat, grex igitur, populus: & nox

Philoſoph. 2. de Cælo tex. 34.

Hier. c. 1.

D. Amb. in lucam c. 2.

nox ſeculũ, Paſtores, sũt Sacerdotes &c. quia nõ ſolum Epiſcopos ad tuendũ gregẽ Dñs ordinauit: ſed ẽt, & Angelos deſtinauit, cũ ergo Sũmus Pontifex ſit maxi mus Sacerdos, vniuerſalis Epiſcopus, & Paſtor Princi palis totius Eccleſiæ, iure optimo vigilare ſibi conue-

D p. Aug. lib. de eſſentia diuina. nit, eo magis; quia dicit D. P Aug. vigilare interdũ eſt curare, & Deus vigilare dicitur; cum in defenſione ele ctorũ, ſe manifeſtè paratũ, demõſtrat vigilare ẽt dicit Deus, dicit Ambroſius ſuper Pſal. & D. Hier. in Dan. & in Hier. cũ ipſos peccantes caſtiget, & Rupertus ſuper Hierem. vigilans virga eſt diuina correctio ad emendãdũ. Vnde cũ idẽ Sũmus Pontifex ſit Dei Vicarius, & imitatur, meritò dictis modis imitatiuè vigilãs virga Dei, dici põt, cũ ẽt de ipſo verificari poſſit illud, virgadirectionis, virga regni tui, quaſi dicat, virga Dei dirigẽs ſãctã Eccleſiã Catholicã, Dei regnũ, & præcipuè ad corripiẽdos oẽs correctione egẽtes, ac dignos, atque puniẽdos rebelles, atque cõtumaces: qua de cau ſa ipſemet Deus de hac vigilãte virga, qua punire debet, ſiue ſolet tranſgreſſores ſermonẽ habẽs, dicit, ego in virga viſitabo iniquitates eorum, & in verberibus peccata, eorum interque peccata ſine dubio intelligi debet principaliter rebellionis, & inobedientiæ peccatum: hinc meritò ſequitur viſio Prophetica, ollam ſuc cenſam video, per quam idem peccatum rebellionis, inobedientiæ, & contumaciæ figuratum, ac oſtenſum eſſe à Deo quilibet fidelis piè credere poteſt; propter eorũ irã, & indignationẽ ſuccẽdẽtẽ, ac ebullire faciẽtẽ ollã viſã ob correctionẽ ſæpè factã, & faciendã ab ipſa

D. Amb. in pſ. 129
D. hier. in Dan. c. 9.
Hier. cap. 1.
Hier. c. 5.
pſ. 44.
pſ. 88.
Apoc. c. 13.

uirga

virga vigilãte Sũmo Pontifice,ad rẽ noſtrã:facit ẽt illud,ego Ioãnes vidi beſtiã de mari egredientẽ, aduerſ⁹ hoĩes pugnãtẽ habẽtẽ cornua decẽ,& capita ſeptẽ; erat quippè ſimilis Pardo,os ei⁹,ſicut os leonis,pedes eius ad inſtar vrſi,habebatq; poteſtatẽ draconis &c. hæc viſio cõmuniter ſolet accipi pro aduẽtu Antichriſti:quo ſtãte fundamẽto,ab ipſo capite peſſimo,certè nõ excludũtur, neq; aliqua rõne excludẽda sũt mẽbra mortifera eiuſdẽ praui capitis, vt sũt cõtumaces,& rebelles,cõtra quos apertè clamat D. Proph. Iſa. veh filij deſertores dicit Dñs, vt faceretis cõſiliũ,& non ex me,& ordiremini telã,& nõ per ſpiritũ meũ , vt adderetis peccatũ,ſuper peccatum,&c.modo filij deſertores certè dici poſsũt illi populi,qui deſerũt S.M.E.C.eidẽ contumaciter reſiſtendo,eiuſdẽ bona vſurpãdo, vel iuriſdictionẽ vniuerſalẽ,& primariã turbãdo,vel impediendo,& tandẽ eandẽ S.M E.C.in oĩbus,& per oĩa contemnendo,cõtra quos ſimiliter idẽ S Proph. Iſa. exclamat, ac toto conatu admonet eoſdẽ dicẽs,veh,qui prędaris,nonnè & ipſe prædaberis? qui ſpernis,nõne & ipſe ſperneris?cũ cõſumaueris deprædationem,deprædaberis , cũ fatigatus deſieris cõtemnere,contemneris &c quia vt optimè dicit,nec non admonet eoſdẽ D. Apoſtol⁹,qui Poteſtati reſiſtit, præcipuè Eccleſiaſticę , Dei ordinationi reſiſtit, & tãdẽ,damnationẽ ſibi acquirit &c En fructus contẽptus,deprædationis Eccleſiæ,& ſic verè dicũtur filij deſertores addẽtes peccatũ ſuper peccatũ, quod exponens ibidẽ Thadęus noſter Peruſinus dicit primũ peccatũ perpetrãt de Deo diffidentes; ſecundũ

Iſa.c.30.

Iſa.c.33.

D. Apoſt. ad Rom.c. 13.

Thad.

verò in humano auxilio fiduciã collocantes; ſic & ipſi inobediẽtes,& cõtumaces verè deſertores S.M.E.C. de Deo diffidẽtes, ac totã eorundẽ ſpẽ, & fiduciã collocantes ĩ auxilio ſuo humano,& pecuniæ theſauris, diuitiarũq; copijs: idcirco dãnationẽ ſibi iuſtè acquirunt, reſiſtẽtes ſine cauſa, & rõe aliqua iuſta Dei vicario. Qua propter tales ad intelligẽtiã iã dictę viſionis D.Io. Euang. & Proph. in Apoc. iuſtis de cauſis dici poſsũt beſtiæ, nõ pp naturã humanã à Deo creatã: ſed propter prauos mores, rebellioniſq; peccatũ, qđ dicit̃ beſtia, nõ formaliter: ſed cauſaliter. Vnde de ſimilib⁹ meritò dicitur, *homo cũ in honore eſſet nõ intellexit, cõparat⁹ eſt iumẽtis inſipiẽtib⁹,& ſimilis fact⁹ eſt illis*; Ita pariter, & ipſi cõtumaces, & rebelles dũ sũt in honore Catholicę fidei, & ſub obediẽtia eiuſdẽ S.M.E.C. nõ intelligũt, neque intelligere volũt (vt bene agãt) dignitatẽ, felicitatẽ, ac filiationẽ ſuã legiptimã pro hac, & altera feliciſſima vita, quã ĩdigne poſtponunt p̃ſẽti miſerrimæ vitæ: ideo ſine obediẽtiæ freno cõparãtur iumẽtis inſipientibus &c. Talis beſtia à Ioãne viſa de mari egrediebatur, .ſ. prauè eorũ volũtatis, nõ .n. eſt peccatũ niſi volũtari⁹ teſte D.P. Aug. quæ qđẽ praua volũtas velut mare dicitur habere portũ iuxta illud, *deduxit eos in portũ voluntatis eorũ* &c. & certè extra portũ ſalutis ipſi nauigãt maximo laborãtes periculo, habẽtes vẽtũ cõtrariũ diuinæ iuſtitiæ, & Eccleſiaſticę poteſtatis &c. ſequebatur viſio, aduerſus hoĩes pugnãtẽ, vera rõe vtẽtes, atq; põtificias leges obſeruãtes &c. habentẽ cornua decẽ, ſignificãtia decẽ tranſgreſſiones p̃ceptorũ diuinorũ ipſius

Pſ. 48.

D.p. Aug. lib. de vera Relig. Simile.

Pſ. 106.

decalogi,capita ſepté: quæ figurant ſepté peccata mor *B. Iac* 2.
talia,de quib. dicit D. Apoſt. Iacob in ſua Epiſt. qui in *D. Thom.*
vno, vlz. peccato,præcipuè cõtumaciæ offendit,eium *1 2. q 73.*
factus videtur eſſe reus,quæ quidẽ ſana, necnõ ſancta *art. 1. ad*
ſententia ad mente D.Thom. intelligenda eſt ex parte *1. arg.*
acceſſionis: in quãtum vzl. homo peccãdo,recedit à le
gis mandato: oĩa autem legis mandata ſunt ab vno,&
eodem,&c.ſeq̃baſ viſio D Ioannis erat quippe ſimilis
Pardo rõne diuerſitatis peccatorum,ꝓpter Pardi colo
rum varietatem: os ei⁹ ſicut os leonis,rõne deuoratio- *pſ. 21.*
nis de qua diciſ,ſalua me ex ore leonis &c. .i. Diaboli,
& membrorum eius,contra quos dicitur, Deus conte- *Pſ. 57.*
ret dentes eorum in ore ipſorum,& molas leonum cõ-
friget Dñs,nempè ꝑ auctoritatem ꝓpriã,& Eccleſiaſti *Iob. c. 4.*
cã: idcirco D Iob patiens dicit, rugitus leonis, & vox
leenæ,& dentes catulorum leonum cõtriti ſunt &c. pe-
des eius ad iſtar vrſi; propter ouim aureã, & argẽteam
quã hẽnt vt plurimum ipſi cõtumaces,& inquã ij ſẽ cõ
fidere ſolẽt ipſi ſuꝑbi rebelles, velut leones,& fortes, ve
luti vrſi &c. habebat tãdem poteſtatem Draconis pro-
pter venenum malarum cogitationum eorundẽ inobe
dientium,et loqutionem crã eãdem S.Sedẽ Apoſt. quã *pſ. 5.*
aſſiduè calumniantſ, atq; lacerate nõ ceſſant,de quibus
iuſtè dicitur, ſepulchrum patens eſt guttur eorum lin *pſ. 63.*
guis ſuis doloſè agebant,& venenum aſpidum ſub la
biis eorum quia exacuerunt, vt gladiũ, lĩguas ſuas &c. *pſal.*
cõtra quas optimè dicitur,præcipit à domine, & diui- *pſal. 58.*
de linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & con
tradictionem in Ciuitate, & alibi, ecce loquentur

Digitized by Google

in ore ſuo,& gladius in labijs eorũ: quoniã &c. ſed q̃d ſequitur? & tũ Dñe, derridebis alios; diſperge illos in virtute tua &c. delictũ eorũ, ſermonẽ labiorũ ipſorũ, cõprehendantur in ſuperbia ſua; ſic proculdubio accidet, & ipſis inobedientibus, ſiue cõtumacibus &c. hæc aũt
D. Apoſt 2. ad Tim. c. 3. oĩa lõgè præuidit, & apertè prædixit D. Apoſtolus, dicẽs ſcitote, quia in nouiſſimis dieb⁹ inſtabũt tempora periculoſa; erũt hoĩes ſe ipſos amãtes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parẽtibus nõ obediẽtes, ingrati, ſcelesti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, imites, ſine benignitate proditores, proterui, tumidi, ceci, & voluptatũ amatores, magis q̃ Dei, habentes quidẽ ſpeciẽ pietatis, virtutẽ aũt abnegantes, & hos deuita, idest fuge, ad rẽ noſtrã ex dictis D. Apoſt. multa faciũt præcipuè ſe ipſos amãtes cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemis, parẽtib⁹ non obedientes &c. cũ propter nimiũ amorẽ erga ſe ipſos, & cupiditatẽ oĩum malorũ radicẽ velint impedire Eccleſiaſticã iuriſdictionẽ, & ſuperbi cõtumaciter viuãt blaſphemãdo contra veritatẽ

pulcherima doſtrina Apoſtolica.

Pſ. 139. & 13. Eccleſiaſticæ libertatis vnde dicitur, acuerunt linguas ſuas, ſicut ſerpentes, venenũ aſpidũ ſub labijs eorũ: parentibus non obedientes; cũ recuſent obedire Summo Pontifici Romano omniũ Patri, cuius Paternitas (abſque dubio) eſt maior quã carnalis, & ſic de alijs, præcipuè ceci dicuntur, cum non videant extremũ eorum ſalutis exterminiũ: amantes voluptates diuitiarũ &c. ſub ſpecie tãdẽ pietatis patriæ, vel Reipub. vel Principatus, rõne ſtatus tẽporalis ſępè abnegãt Sũmã obediẽ
Pſ. 32. tiæ virtutẽ meminerint ergo ſimiles, quicũq; ſint quoniam

niam

niam D.O.M. quæ diſſipat conſilia gentiũ, reprobat cogitationes populorũ, & Principũ, cõſiliũ aũt Dñi manet in æternũ, quod exponẽs Dñs Iac. nr̃ Val. dicit, ſic Chriſtus in ſuo aduẽtu tres potẽtias diſſipauit: primo falsã ſapientiã, & ſuperſtitionẽ gentiliũ, & Philoſophorũ, falſoſq; ritꝰ Deorũ ſecundo cogitationes populorũ ſcilicet Iudæorũ inſurgentiũ cr̃a ſemetipſum, cogitantes Chriſtũ delere ꝑ mortẽ: ſed ipſe reſurrexit, & diſſipauit eos auferendo eiſdẽ regnũ, & locũ; tertio diſſipauit cõſilia tyrãnorũ, q̃ propoſuerunt pænitus diſtrahere, ſiue anichilare, Sãctã Dei Eccleſiã Catholicã, & delere nomen Dñi noſtri Ieſu Chriſti: ſed ipſi diſſipati ſunt, vt Nero, Domitianꝰ, & Maximianꝰ &c. ſic ẽt Dñs diſſipabit oẽs denuò inſurgentes cr̃a eãdem S. M.E.C. per cõtumaciã, & aliter. Vnde rectè dicit magiſter ſententiarũ, nõ .n. vult Deꝰ, vt peccet homo quilibet, ſi autem peccauerit, pęnitenti vult parcere, vt viuat in peccatis verò pſeuerãtem punire, vt iuſtitiæ potentiã cõtumax nõ euadat. Hinc meritò dicebat B Sim. noſter de Caſſia ꝓcedet vlteriꝰ diuina diſcretio mitigando iuſtitiã, ne ſtatĩ ꝑcutiat malos mundi rectores, quorum mala meruerunt pœnas æternas, & ipſos, vel impios ſubditos, exiſtẽtes iuſtitia legalis deſeruiſſe, ad hoc benè regant alios, ſeipſos malè, atq; impune regẽtes. Multi nãq; malè recti, benè alios rexerunt, incorrepti correpſerunt inordinati, ordinauerunt, impuniti, alios iuſtiſſimè punierunt &c. & parum infra ſimiliter idem dicit putauerunt Rempublicã Dño bonorum oĩum inimici, & malus, trãſit (vt plurimum) impanitus, cuiꝰ malitia me

Dominus Iaco. Val.

mag. ſent. 1. ſẽt. diſt 47. in pric.

B. Sim. de Caſſ. lib. I de Relig. Chriſtian. c. 25.

pſal. 9. in prin. ritoriè perficit, perficiturq; iuſtus: ſed multo magis timere debent ijdem rebelles, & cōtumaces, id ꝙ docet D. P. Aug. loquens de duplici diuino iudicio, videlicet manifeſto, & occulto, ꝙ eſt quędā pœna, qua nunc vnuſquiſq; aut exercetur ad purgationem, aut admonetur, ad cōuerſionem aut ſi cōtempſerit vocationem, & Dei diſciplinā exercetur ad damnationem, & hæc oīa *Epiſt. 1. c.* dicit de iudicio manifeſto de ſecundò verò iudicio dicit ad mentē D. Petri, tempus eſt, vt iudicium incipiat à Domo Dei &c. contemnentes itaq; vocationem, & diſciplinam, ſeù correptionem Eccleſiaſticam ex contumacia, & rebellione, ſignum eſt, ꝙ exercentur ad damnationem. Et ſic terminatur hoc primum Caput.

CAPVT SECVNDVM.

In quo Auctor ſequitur agere de eadem admonitione adducens multos caſus terribiles, quos paſſi ſunt multi Rebelles, & contumaces.

Iac. Val. pſ. 9. VVlgo dicere Solemus, felix quem faciunt aliena pericula cautum Quocirca aliena pericula debent cautos reddere præſentes, & futuros quoſcunq; rebelles, & contumaces S M.E.C.R. vt ſuis temporibus, & locis ſint eandem maximè felices, minimeque infelices Docet itaq; Dñs Iac. nr̄ Val. ver. exultabo in ſalutari tuo infixè ſunt gentes interitu, quem fecerunt, ſci-*idē a parte docet mag. ſen. lib. 3. ſen. d. 11. habetur.* licet perſecutores Eccleſiæ, nam & ipſe Nero Imperator ſeipſum interfecit, Domitianus interfectus eſt à Senatu, Domitianus grandi, & turpi plaga eſt percuſſus, Arrius unà cum cōplicibus qui volebant ſua falſa expoſitione, & praua intelligentia ſacrarum ſcriptu-

rarum

rarum fidem,& Eccleſiam confundere, ipſe in ſuo mẽdacio confuſus & interfectꝰ, & â Diabulo ſuffocatus eſt,& crepuit mediꝰ vt ait S. Ambroſius, & ſic tota illa maledicta ſecta deinceps in ſe,contra ſe confuſa eſt, & ſic laqueo quem abſconderat cõtra Eccleſiam ipſa cõprenſa eſt,quia cognoſcitur Dñs iudicia faciens, vt dicitur ver.ſequenti &c. Et ſic Iulianus Apoſtata perſecutor Eccleſiæ mirabiliter occiſus fuit à S. Mercurio, vt dicit Auctor viridarij exemplorum, & morens dicebat,viciſti Galileę. Pulcherrima ſimiliter dicit idem Iacobus Val. ver. Veruntamen Deus confringet &c. præſertim adducit exemplum Iudęorum perſequentium Chriſtum, Apoſtolos,& totam Eccleſiam,quos tamen poſt paſſionem Chriſti ad pœnitentiam quadraginta annos expectauit,quos tandem impenitẽtes videns,miſit Veſpaſianum,& Titum,qui tantam, actalem Iudęorum ſtragem fecerunt, & necem &c. vnde optima ratione dictus Gregorius noſter Luſitanus,vt videri poteſt,demonſtrat, quot, quantaque mala patiantur, paſſurique ſint contemptores Romani Pontificis, atque Eccleſiaſticę auctoritatis, quam etiam parui faciens valens Imperator dum vellet in exilium mittere D. Baſilium, eiuſdem Imperatoris ſettam in qua facturus decretum, de eiciendo á Ciuitate Diuo Baſilio, ſedere volentis contra eſt, & tribus ab eo calamis adhibitis adſcribendam exilij ſententiam, nullus eorum reddidit attramentum & cum nihilhominus, in præpoſito ſcribendi, impium, decretum perſiſteret, ipſius dextera, diſſolu-

Tract. de Blaſph. c. 9.

Pſ. 67.

lib. 3. de opt. Reipt ſtatu c. 2. 2.

diſſolutis neruis, toto cōtremuit, his cōmot⁹ valens cartā vtraq; manu cōſcidit, ea aūt nocte q̄ ad deliberādum de Baſilio, data eſt valēti vxor intimis cruciata eſt doloribus, & vnic⁹ ei⁹ fili⁹ ī grauē morbum īcidit, quib⁹ ille pterrit⁹, iniquitatē ſuā recognoſcens D. Baſiliū accurſit, quo p̄ſente, puer cepit conualeſcere verū vocatis a valēte ad vidēdū puerū hęreticis, paulo poſt morit̃. En igit̃ quomodo nullo licet pacto iudicib⁹, ſęcularib⁹ q̄ ſuperiorib⁹ tangere Chriſtos Dñi, eorūq; libertatē Eccleſiaſticā quouis modo impedire, ac turbare. Simili-
2. mach. c. 3.
ter legitur qualiter ſeleuci⁹ Siriæ Rex habito idicio ab Apollonio ſuo Duce, miſit Heliadorū Hieroſolimam ad depredādū tēpli Herrariū, ficte tn̄ Heliodor⁹ ad nutū Regis iter aggreſs⁹, ſpē q̄dē quaſi p Eccleſiā, & Fenicē Ciuitates peragratur⁹, reuera, auctoritate Regis p̄-
exemplū notandū.
poſitū factur⁹ (cū eſſet ſup negocia Regis) tādē a ſummo Sacerdote in Hieroſolima benigne; fuit acceptus, cui Sūmo Sacerdoti idē Heliodor⁹ aperuit cui⁹ rei gratia illic adeſſet, & interrogabat, ſiue rè hæc ita eſsent. Tunc Sūm⁹ Sacerdos oſtēdit depoſita eſſa hęc victualia viduarū, & pupillorum, & ad tēpli beneficium &c. Heliodor⁹ aūt, quod decreuerat pficiebat, eodē loco ipſe, cum ſatellitib⁹ circa erarium p̄ſēs, ſed ſpirit⁹ Dei oīpotētis magnā fecit ſuæ oſtēſionis euidentiā, ita vt oēs qui auſi fuerāt parere ei, Dei virtute ruentes in diſſolutionē, & formidinem cōuerterētur, apparuit .n. illis quidā equs, terribilē habēs ſeuorē optiones operimētis adondatus: hiſq; cū impetu eliſit Heliodoro prioros calces, qui autem ei ſedebat, uidebatur habere ar-

ma

Digitized by Google

maurea, alij aũt duo apparuerũt iuuenes, virtute deco ri, optimi gloria, ſpecioſiq; amictu, q circũſteterũt eũ, & ex vtraq; parte flagellabãt ſine intermiſſione multis plagis verberãtes, ſubito aũt Heliadorꝰ cecidit in terrã eũq; multa caligine circũfusũ rapuerũt, atq; ĩ ſella geſtatoria poſitũ eiecerũt &c. videãt ergo rebelles, & cõtumaces, atq; bonorũ Eccleſiaſticorũ vſurpatores, & raptores quãtũ D. O. horũ genera malorũ diſpliceãt; qd qdẽ manifeſtis declarauit ſignis, necnõ punitionibꝰ tẽpore tã veteris, quã noui teſtamẽti, oĩa .n. illis cõtĩgebãt in figuris, antiquis tẽporibus ergo multò magis hoc tẽpore Euãgelicæ legis &c. idẽ clariꝰ patet ẽt apud D. Proph. Danielẽ vbi legitur qd Baldaſſar. Rex fecit grãde cõniuiũ optimatibꝰ ſuis mille, & vnuſquiſq; ſm̃ ſuã bibebat ætatẽ &c. pcepit ergo temulẽtus, vt afferentur vaſa aurea, & argentea, quæ aſportauerat Nabucdonoſor Pater eius de templo, quod fuit in Hieruſalẽ: vt biberẽt in eis Rex; & optimates eiꝰ &c. bibebãt vinũ, & laudabãt Deos ſuos argẽteos, ac aureos &c. ea dẽ hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra cãdelabrũ, & in ſuperficie parietis Aulæ Regiæ & Rex aſpiciebat articulos manꝰ ſcribentis: tũc facies regis cõmutata eſt, & cogitatiões eiꝰ cõturbabãt eũ: ſcriptura aũt illa erat hæc: mane, Thecel, Phares, q̃ Daniel declarauit Regi eandẽ legere, & intelligere neſciẽti: mane numerauit Deꝰ regnũ tuũ, & cõpleuit illud Thecel: appẽsꝰ es ĩ ſtatera, & iuẽtꝰ es minꝰ habẽs: *Phares*: diuisũ ẽ regnũ tuũ, & datũ eſt medijs, & Perſis &c. Ecce igit̃ quadã penè genꝰ cõtra vſurpatores bonorũ

Dan. c. 5.

aliud notãdũ exẽplũ

Eccleſ ſiue tẽpli antiqui tẽporis, ac ĩpediẽtes libertatẽ quodãmodo Eccleſiaſticã, necnõ bona ẽt tẽporalia, vt aliena vſurpãtes, ſua poſſidere, & retinere nequeãt &c.

Aliud notabile exẽplum.

Sed quid dicẽdũ eſt de caſu, qui tẽpore D. Leonis Papę accidit? dũ Attila cognomẽto flagellũ Dei Italiã inuaderet, & Romã ardẽti furore raperetur; ſãctꝰ aũt leo miſericordia motꝰ Italiæ mala ĩpedire cupiens Athilæ ꝑſuaſit, ut regrederet. Interrogatꝰ verò Athila a ſuis, qđ eſſet, ꝙ pter cõſuetudinẽ tã humiliter Rõ. Põt. ĩperat faceret? reſpõdit, ſe aſtãtẽ q̃dã aliũ, illo loq̃nte, ſacerdotali habitu, veritã eſſe ſibi ſtricto gladio nominãtẽ mortẽ, niſi Leoni Sũmo Põt. obtẽperaret; quare in pãnoniã reuerſꝰ ẽ idẽ athila abſq; aliquorũ lęſione &c. animaduertãt ergo diligẽter, & tãdẽ perpẽdãt quicũq; cõtumaces, ac rebelles cõtẽptores, an Rom. Pontifici obediẽdũ ſit, nec nè, atq; ẽt totis uiribꝰ ſpeculent id, quod docet D P. Aug. inter hęreticos, & malos Catholicos, hoc intereſſe, quod hęretici falſa credũt: illi autem nempè mali Catholici vera credẽtes, non viuũt, ita, vt credũt, hoc ſtante, cauere ſaltem debent ijdem inobedientes, ne ſint mali Catholici dato quod nõ ſint hæretici &c.

D. p. Au. in Matth. cap. 13. Conſilium optimum D. p. Au. Mach. l. 2. c. o.

2. Mach. c. 15. notandum exemplũ.

Nec prætereũdũ eſt id ꝙ legit li. 2 Machabęorũ de illis qnq; viris de cęlo apparẽtibꝰ ad defendẽdũ in ꝓlio Machabeũ, qui ꝓ tẽpli cõſeruatione pugnabat, ẽt addẽdũ eſt ſomniũ fide dignũ, ſeù viſionẽ, q̃ habuit, ſiue vidit idẽ Machabeus, vt habet qualiter idem Machabeus in ſomnio vidit Oniam olim ſummum Sacerdotem, ſibi dantem gladiũ aureũ, in quo deiceret aduerſarios &c.

Paul. Tom. 1 vita põp.

Nec fruſtra eſt, vel videt exẽplũ Burbonis prodito-

ris.

ris(prout refert Paul. Iou. in vita Pōpei Columnæ) qui dū anxius Romæ menia aſcēderet, ac ſuos, vt eādē diriperēt, incitaret: maximo cōfoxus vulnere vocē, vitāq; ſimul ne de ſpectaculo S. Ciuit. deſolatæ lętaret, amiſit, & diù meritā pęnā temeritatis ſuæ cōtra Eccleſiam, atq; Sūmū Pont. Rom. in inferno credēdū eſt pati. ob cōtētū Eccleſiæ, & ſui capitis neſciētē, q hoīes exercituū ductores magni triūphatoris (quāuis extra fidem noſtrā) propter Religionē ſacriſq; perſonis reuerētiā, euaſerūt, deorū exēplis plenè vtiq; ſūt paginę; interq, vnū tm̄ recenſebim⁹ poſitū ab Andrea Alboreſe, dicit nāq; qd Alexander ille magn⁹ dū Hieroſolimā magno comitatu intraret, ſūmū Sacerdotē ſacerdotalib⁹ indumētis amictū, obuiā factū proſtrat⁹ in terrā adorauit, & ſuis poſtea, quare id faceret īterrogantib⁹, reſpōdit, ſibi ī Maced. exiſtēti in viſione Deū apparuiſſe huōdi habitu indutū, eidēq; dixiſſe, vt de Maced. egrederet, q oēs reges ſibi ſubditos faceret cōtra quos bellū gereret. Prout poſtea accidit, qui maiorē orbis terræ partē imperiali ſuo diademati ſubiugauit, vt eſt videre in Ariano de Nicom. eiuſdem geſtorum auctorem &c.

notabile exēplum.

Andrea Albor tō. 2. exemp. notabile exemplū.

Arianus de Nicomedia.

Cōcludēdū eſt tādē vnà cū Sac. Cōc. Trid. ſic dicente cupiēs ſāctas ſynod⁹ Eccleſiaſt. diſciplinā in Chriſtiano populo nō ſolū reſtitui: ſed ēt perpetuo ſertā, tectā, à quibuſcunq; īpedimentis conſeruari, pter eā, quæ de Eccleſiaſt. perſonis cōſtituit, ſæculares quicūque Principes, officij ſui admonēdos eſſe cēſuit confidens eo, vt Catholicos, quos Deus ſanctæ fidei Eccleſiæq; protectores eſſe voluit, ius ſuū Eccleſiæ reſtitui, nō tm̄ eſſe

Cōc. Trid. ſeſſ. 25. c. 20.

con-

TABVLA
Rerum notabilium hoc in opere contentarum alphabetica.

A

ADei Dominio nemo poteſt excipi, & ſubtrahi. 8
Aduerſitas probatio virtutis. 11
Accidens regulariter ſequitur naturam ſui ſubiecti. 12
Ad permiſſionem malorum, ſequitur eorumdem refrenatio, quoad pœnas temporales, vel æternas. 12
A Domino Deo datur, vel permittitur quæcunque regnandi potentia. 20
Antiquitus etiam tempore D. P. Aug. epi diffiniebant lites temporales. 27
Apoſtoli, & ſucceſſores facti principes terræ iudicare poſsũt de terrenis,& pfanis. 30
Amat dñs miſericordiam, & iudicium. 30
Apoſtolorũ magna poteſtas tradita à Chriſto Domino. 30
Auaritia,eſt idolorum ſeruitus. 33
Actus ſecundus præſupponit primum. 41
Apoſtolica ſedes poteſt cognoſcere omnes cauſas etiam temporales. 42
A Deo,& à diuina lege iuſtũ ius dominãdi. 48
Aurum habet Eccleſia, non vt ſeruet: ſed vt eroget,& ſubueniat neceſſitatibus. 52
Artifex vnus principalis inter omnes artifices ,qui dicitur architetonicus. 56
Antiqui Reges maximis muneribus templum ditarunt. 65
A figura Sacerdotij veteris legis ad figuratum nouæ legis argumentatio. 68
Acceſſoriũ ſequitur naturã ſui principalis. 73
Apoſtolica ſedes figurata. 74
Apoſtolica ſedes ædificatur à generatione in generationem quomodo. 78
Agens inferius totam ſuam virtutem habet ab agente ſuperiori. 94
Aurum eſt bonum, cum quis bene eodem vtitur,& eſt conuerſo. 95
Apoſtolica ſedes pluries figurata. 99
Apoſtolica ſedes hẽt cõd tiones Xpi ſedis. 100
Apoſtolica ſedes dominatur ſpiritualiter, & temporaliter. 101
Aduerſariorum ſedes deſtruitur. 101
Apoſtolica ſedes exaltatur. 101
Apoſtolicæ ſedi apte applicatur quædam nauis ciceronis. 101
Ars regendi Eccleſiam contra inimicorum impetus. 102
Ars ſuperior habet corrigere inferiorem. 104
Argumenta multa contra papale dominium temporale. 105
Admirabilis dicitur Papa, à Papæ interiectione, ſtupor mũdi, nec Deus, nec homo, quaſi neuter inter vtrunque. 107.& 108
Apum quodlibet examen habet vnum caput: ſi quælibet reſpublica. 109
Argumenta auctoris contra Eccleſiaſticum temporale dominium. 113
Ad eadẽ argum. reſpõſiones optimè. 115.116
Alter, alterius onera portate, pulcre exponitur. 125
Appellare Cæſarẽ D. Apoſt. fuit coactus. 126
Adminiſtratio temporalium apud inſipientes eſt vtique maxima peccãdi occaſio,& apud ſapientes merendi occaſio. 126
Appetitus ſẽſitiuus circa tẽporalia trahit appetitũ intellectiuũ: ſicut ſphera ſpherã. 128
D. Apoſtolus cupiebat anathema eſſe pro fratribus ſuis 128
A minori ad maius valet ratio. 140
arbor poſita à Deo in Paradiſo terreſtri bona fuit pro obedientiæ ſigno. 141
actiones voluntariæ, ſiue morales ſimiles moralibus. 154
aduerſus eccleſiæ decreta nihil omninò faciendum. 157
auaritia damnabilis falſorum doctorum falſa dogmata docentium. 160
Et tales doctores ſunt Eccleſiæ proditores: ſicut iudas filij Dei proditor fuit. 160
alexander magnus imperator ingrediens Hieruſalem maxime honorauit ſummum Sacerdotem, tamquam Dei locum tenentem, & principatum. 169
animi promptitudo quo ad obedientiam requiritur. 178
Et operis perfectio: quia inobedientes idolatriam comittũt. 179
altero relatiuorũ poſito ponit, e reliquũ. 179
ad poſitionem culpe ponitur, & pœna. 179
arma militiæ noſtræ contra pertinaces excõmunicatio. 195
appellatio ad ſedem apoſtolicam. 209

Digitized by Google

B

Bona per ſe, & directe cadunt ſub diuina prouidentia mala autem per accidens, & indirectè. 5
Bonum iuſtitiæ elicitur ex malo culpæ. 5
Bonũ iuxta malum poſitum,& è conuerſo,facilius illuceſcit. 8
Bonum duplex reale,& apparens. 10
Bonitas,ſiue vtilitas nobis à Deo cõferť. 13
Bonũ omne,aut ipſe Deus,aut ab ipſo Deo. 44
Bonum vtibile eſt dominium temporale. 144
Bona duo facienda à Summo Pontifice,& mala quatuor auferenda ab eodem. 53
Bonorum temporaliũ vſus in Eccleſ. Dei. 79
Bonus eſt principatus,vt eſt quidam ordo,& bene acquiſitus. 95
Boni principatus multi ſunt effectus. 95
Bono plato ſeu principi tria sũt neceſſaria. 96
Bracchia duo repreſentant,& deſignant poteſtatem ſpiritualem,& temporalem. 103
Bonorum temporalium ſollicitudo tripliciter conſideratur. 127
Bonorũ tẽporaliũ adminiſtratio aliquãdo nec mortale nec ueniale peccatũ eſt:ſed eſt ſummæ perfectionis,& meritum ſalutare. 128
Bene annunciatur nobis bonum, quod omnia appetunt. 144
Bonum ordinis poſt bonũ Ducis,quod eſt bonum primi,propter quod omnes obedire tenentur Summo Pontifici. 144
Bonis omnibus exterioribus præponitur obedientia. 154
Bonorũ temporalium copiam ſectantes vel inopiam metuentes amittunt æterna bona 2.D P. Aug. 155
Bona eccleſiaſtica occupãtes,vel impediẽtes, vel aliquã iuriſdictionẽ exercentes contra perſonas eccl. quomodo hæretici fiãt. 198
Bona eccl. abſque licentia Summi Pontificis non ſunt ſub regia poteſtate. 237
Beſtia egrediens de mari. 241

C

Cuius vſus bonus eſt,ipſum quoque bonum eſt. 5
Calcaria ſunt tribulationes facientes citius nos ad Deum currere. 8
Cuncta creata ſunt variabilia. 11
Culpa prouenit ex libero arbitrio eius, qui reprobatur,& à gratia deſeritur. 12
Cõſtãtinus Imperator Deum verum ſupplicans maxima obtinuit. 21
Conſtantinus magnus ceſſit, ſiue reſignauit eccl. tẽporalis dominij partẽ, q̃ habuit. 22
Idem Conſtantinus magnus magnum priuilegium dedit eccl. 27
Caput vniuerſalis eccl. Papa, & multa de capite. 33
Chriſti Vicarius Papa. 33
Caput continet plenitudinem ſenſuum. Ita caput Eccl. continet poteſtatum plenitudinem. 33
Clerici ſunt digniores militibus. 52
Chriſtus habet triplicem poteſtatem. 54
Chriſtus ſolus fundauit R.E. 54
Chriſtus habuit ſimul ſacerdotalem,& regalẽ poteſtatem. 54
Claues Eccl. 54
Claues Petri vniuerſam adminiſtrãt Eccl. 191
Caput naturale p̄p multa repſẽtat Papam. 61
Caput Eccl.Papa tempore ſui Põtificatus. 63
Caput tria hẽt ꝓpria maximè cõſiderãda. 63
Corona. i.regnum mundi Papæ ſignificat tẽporale dominium. 64
Chriſti Vicarius in nomine regnat. 74
Cõſtãtinus magnus D.Silueſtro multa donauit,p̄cipue coronam ſuam imperialem. 75
Idẽ Cõſtãt. in factorũ numerorũ relatus. 75
Cornu ſignificat Chriſti regiã poteſtatẽ. 75
Xpi poteſtas erecta,iudæorum vero dep̄ſſa. 76
Clauium poteſtate cælũ aperiť,& claudiť 80
Clericis licet cauſas ſanguinis agitare ſine metu irregularitatis, cum iuriſdictionem habent temporalem. 83
Clericis licet exercere ſæcularẽ pricipatũ. 83
Conſtantinus magnus imperator ſe inferiorẽ eſſe dicit reſpectu Sactorum patrum. 92
Conſuetudo eſt maxima cauſa impediens à pluribus. 92
Cui principale, & acceſſorium comittitur ſecundum D.Thom. 94
chriſti miracula quare facta fuere ab ipſo. 182
compromittendi modus, & cõpromiſſio. 122
creaturæ factæ ĩ muſcipulã aput iſipiẽtes. 126
cſa cõtumaces oĩa iura clamãt 2 iuriſtas. 155
cõſtãtin' magnus imperator ſe tranſtulit ad partes oriẽtales,& imp.Ro.pape ceſſit. 164
Charitatem extende per totum orbem ſi vis Chriſtum amare. 177
cuſtodiẽda eſt obediẽtia, vt p̄cipiaſ ſap. 177
Contumaciæ crimen 2.D.P. Aug. 183
coercere corripere,excommunicare,& degradare ordinate ſe habẽt. 183

D

Deus optimus maximus non ſine cauſa p̄mittit multa mala currere. 1
Diuino arbitrio omnia ſubsũt imperatiue, uel
etiam

Digitized by Google

etiam permiſſiue. 1
Deus terribilis in conſilijs ſuper filios hominum, & terribilia ſunt opera ſua. 1
Deus in manu ſua habet omnia. 1
Deus fecit, & facit quæcunque voluit. 1
Deus omnipotens, & clemens, cuius natura bonitas &c. 1
Deus malos patitur, vt erudiatur eccl. 4
Deus non vult mortem peccatoris: ſed magis, vt conuertatur, & viuat. 6
Dei benignitas ad pœnitentiam peccatores adducit. 6
Deus ſi ſubita percuſſiõe peccatores puniret, & ad pænitentiam non expectaret impius crederetur conditor. 6
Deus non omnia hic punit, nec omnia extremo reſeruat iudicio. 6
Deus quid eſt? niſi vniuerſalis, & optimus omnium gubernator. 8
Deus agit nobiſcum: ſicut, qui præclarum ſuis parat amicis conuiuium. 8
Deus vtitur nobis, noſtri miſerendo, & bonitatem ſuam tribuendo. 12
Deus melius iudicauit de malis benefacere, quam nulla mala eſſe permittere. 13
Dei amica veritas. 13
Dominium temporale diffinitur. 46
Dans formã, dat conſequentia ad formam. 47
De ſimilibus idem iudicium. 62
Dominium papale temporale radix, & origo ceterorum. 91
Dominatur, & Rex Xpus, & ſedes eius papalis ad quã oẽs cauſæ ſunt reducibiles. 92
Dominium papale aut iuſſum, aut permiſſum eſt, & immediate eſt à Deo. 98
Dominari ſpiritualiter, & tẽporaliter nõ ſũt oppoſita: ſed diſtincta. 130
Datan, & Abiron puniti à Deo propter inobedientiam. 153
De iure diuino ſubditi tenentur obedire ſuo principi, & ſic papæ ſummo principũ. 173
Diabolus per obedientiam vincitur. 173
Diuiſio mẽbrorũ a corpore myſterioſa. 177
Diſſipa gẽtes, q̃ bella volũt pſ. 62. exponit. 188
Deſperanda eſt ſalus eorum, quibus odioſa eſt correctio. 190
duo neceſſaria ad cõſuetudinẽ ſeruãdam. 196
duplex obedientia in re, & in voto. 213

E

Eccleſ. vera ſemper odio habet eccleſiam malignantium &c. 14
Eccl. vera, & Cath. perpetuo dilexit veritatẽ tanquam verum fundamentum. 14
Eccl. nõ patitur tribulationes: niſi ab his, qui male vtuntur lege. 15
Eternæ vitæ datur Deus, quã ſolis veracit. pijs largitur: cætera vero bona huius vitæ bonis maliſque diſpẽſat. etiam quamlibet imperij magnitudinem. 19
Eccl. recepit dominiũ tẽporale à Deo per Cõſtãtinum magnũ imperatorẽ. 23
Eccl. dignitas per Cõſtantinũ magnũ ſuperat oẽs alias terrenas dignitates. 23
Eccl. dos ſiue eccl. dotata à Conſtantino magno imperatore. 24
Eadẽ rõ totius, & partis 2. Philoſ. 29
Eccl. Rom. nullis Synodicis decretis: ſed voce dñi primatũ hẽt ſuper oẽs alias eccl. 31
Eccl. Cath. e Conſtãt. imperator ſe ſubiecit vna cum omnibus terræ regibus. 32
Eccl. iudicium medicina eſt, non perditio. 36
Eccl. determinationi ſẽp ſtãdũ eſt ſicut ẽt docet Iacob Val pſ. 81. verſ. vlt. cõcl. 5. 36
Eccl. magna auctoritas Euangelio non crederem niſi Eccl. diceret, crede &c. 37
Eccl. patrimoniũ nõ ẽ ſubiectũ imperatori. 49
eccl. tãquam mater gignit ſuos ſacerdotes. 66
eccl. vti mr. ſup filios plenã hẽt facultatẽ. 66
expoſ. pulcra Iac. val. ſuper verſ. cõſtitues. 66
Eccl. & temporale dominium ſimul antiquis temporibus. 68
Eccl. perfectum caput habet, cum ſit perfectum corpus myſticum. 71
Epiſcopum repræſentat oleũ pp tria. 77
Eccl. quaſi mr nřa genitũ gignit p gr̃am. 77
Eccl. Cath eſt vna vnitate formali per fidem ſpem, caritatem, ſiue vnitate finis, & vnitate dirigentis, & regulantis. 86
Eccl. Cath. vna cũ capite ſuo ſemper audiẽda in vtroque foro. 88
In Eccl. Rom. ſemper viguit principatus. 90
experientia rerum magiſtra Phil. 1. meth. in prohemio. 93
Eccl. Cath. poſſidet oĩa regna Chriſtianorum ſpiritualiter, & temporaliter. 97
Eccl. Cath. conſtituta domina gentium. 113
Eccl. milit. diuin. eſt exẽplata à triũphãte. 132
Eſſe de Eccl. poteſtate 2 D. P. Aug. intelligit tripliciter pulcherima doctrina. 140
Eſt plus ſcire, ſcire principia, & concluſiones quam ſcire principia tantum. 177
Excommunicatio eccl. eſt maxima pæna 182
Eccl. iudicio ſemper ſtandum eſt. 195
excommunicatio eſt etiam pæna ſchiſmaticorum, & hæreticorum. 182
Excommunicatio non fertur contra aliquos, niſi præcedente in obedientiæ culpa. 83

†† 2 Ex-

excommunicationis regula 1. D.P. aug. 183
excommunicari promerentur præcepti tranſgreſſores quantum in ſe eſt, 183
excommunicatio ſeparationē ſignificat. 184
excommunicatio pœnalis ſententia. 184
excommunicatio medicinalis pœna. 184
excommunicationis ſententia præuiſa ab Iſaia Proph. 184
excommunicatio eſt maledictio. 185
eccleſiaſticæ determinationi ſtandum eſt. 185
eccleſia iuſtis de cauſis vti poteſt bello cōtra contumaces. 188
excommunicationis gladius acutus. 189
eccleſiæ poteſtas duplex, ligandi, & ſoluendi & quatuor modis ligat, & ſoluit. 190
excommunicati nulla ratione ad Eccleſiam pertinent quomodo. 192
excommunicatio pernicioſa beſtia. 192
excōmunicati principes, ſiue reges multi. 193
excommunicationis vſus in Eccleſia etiam tempore apoſtolorum. 193
excommunicatio tantum ſonat, quantum ſeparatio à fidelium communione. 194
excommunicatio maior duplex à iure, & ab homine. 194
excommunicatio non fertur pro quolibet mortali peccato: ſed pro ſola incorrigibilitate vel contumacia. 194
excommunicatio eſt medicina. 194
excommunicatio ſemper exigit præuiam admonitionem. 194
excommunicatio eſt papæ mucro. 195
excommunicationis ſententiam D. apoſt. expreſsè tulit. 194
excōmunic. quomodo, & quātū timēda. 195
eccleſia militās deriuatur a triumphante. 197
excommunicationis mucro contra hæreticos præcipue militat. 198
excommunicatio duplex, præſeruatiua, & curatiua. 200
excommunicatio contra contumaciam, que eſt multiplex. 200
excommunicationis exempla pulcra. 201
excommunicationis cauſæ, ſiue rōnes. 202
excommunicationis ſententia ſiue iuſta, ſiue nō timēda, & caſus 7. quibus nō tenet. 203
excommunicatus iudex eſt velut habens ligatas manus. 204
excommunicationis ſententia formidabilis, & iniuſta timenda. 207
excommunicatus Sathanæ traditur. 207
excommunicatio in noua lege agit, quod vgeri interfectio. 208
excommunicans eſt, vt bonus medicus putrida reſecans membra. 208
excommunicatus iudex non poteſt iudicia et actus exercere. 213
excommunicatio ex ſacrilegio procedēs. 214
excommunicatus ideſt anathema eſſe cupiebat D. apoſt. 214
excommunicationis fulmen. 214
excōmunicationis ſententia puniri ſolent cōtumaces. 214
excommunicati per annum integrum. 215
excommunicatio timenda etiam iniuſta, & ſeparationem ſignificat. 215
excommunicationis vſus etiā in veteri teſtamento. 215
excommunicatio ſalutare remedium. 216
excommunicari nemo poteſt propter ſcelus alterius. 216
excommunicatio multipliciter, & diffuſe probatur ab auctore ad mentem D. p. aug. 217 218. & 219
eccleſia ſemper iuſte facit, quod facit. 223
eccleſiaſtica pdia occupantes ſunt excommunicati. 233
eccleſiæ Rom. eſt iudicare de vero ſenſu ſacrarum ſcrip. 236
exempla multa mouentia rebelles, & contumaces ad obediēdū Sedi apoſt. 246. 247. 248

F

Fides Catholica vtitur iudeis ad comparationem ſuæ pulchritudinis &c. vide pulchra ibidem. 7
Fortis ſæpe morit virtutis actū exercēdo. 10
Ferrum mentis noſtræ; ad acumen veritatis peruenire non poteſt; niſi hoc alterius lima prauitatis eraſerit. 11
Florentinum cōcilium deffiniuit Sedem apoſtolicam, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, 28
De eadem materia videri poteſt ſacrum concilium triden. ſeſſ. 6. de ref. c. 1. 48. & 74. d. c. 1. 50. ſeſſ. 9. 70. ſeſſ. 14. c. 7. ſeſſ. 16. 142. & ſeſſ. 21. c. 2. facultates terrenæ, & diuitiæ bonis bonæ, & malis malæ. 45
Facultates, diuitiæ, & redditus eccleſiæ ſunt bona anexa ſpiritualibus. 48
Finis duplex, naturalis, & ſupernaturalis. 55
Filius à patre petit vniuerſale imperium. 58
Fideles debent obedire etiam principibus infidelibus in his, que nō repugnant fidei. 106
Forma dat eſſe rei. 106
Fruſtra fit p plura qd pōt fieri p pauciora. 122
Fons, & origo omnium terrenarum poteſta-

tum

Digitized by Google

tam ſpiritualis poteſtas. 133
Finis præcepti charitas. 160
Fames ſuper terram ſæpe accidit propter iniuriam ſacerdotibus factam. 188
Formidoloſum anathematis nomen. 192
Filij regum mundi liberi ſunt; multo magis ſacerdotes. 221
Filij deſertores, qui ſint. 241
Filij deſertores ſunt contumaces. 242
Filij parentibus non obedientes. 244
Felix, quem faciũt aliena pericula cautũ. 246

G

GLadi⁹ tẽporalis ſub gladio ſpiritualis. 56
Gladio tam ſpirituali, quam temporali vti licite poteſt Papa. 56
Gladius Dei bis acutus. 71
Gladium bis acutum ferens promittens eterna impleuit temporalia Dñs Ieſus. 72
Genere in quolibet primũ eſt menſura & cauſa omnium, quæ ſunt in eodẽ genere. 92
Gladium quorumque habet Papa, qui maiorẽ poteſtatem, quam quicumq; hominum à Deo habet. 102
Germen Dauidicum ſuſcitatum & regnauit Rex ſapiens, & faciens iudicium, & iuſtitiam in terra. 103
Generaliſsimũ omnium potentiarum humanarum eſt poteſtas pontificia. 103
Gladiorum duorum multiplex expoſitio 116
Gladium non habens vendat tunicam. 116
Gladij duo ſignificant vtrãque poteſtatẽ. 116
Groſſiora corpora reguntur per ſubtiliora, & tota creatura corporalis per ſpiritualẽ. 117
Gradus noſtros ſeruare debemus: quia Deus ſeruat honores noſtros. 124
Grauius eſt offendere æternam maieſtatem, quam temporalem. 131
Grauius peccatum corrumpere fidem animæ vitam, quam falſare pecuniam. 198
Genus contumaciæ multiplex. 200
Gladius excommunicationis, & rationes. 202
Gelaſius Papa primus D.P.Aug. diſcipulus vſus fuit excommunicationis gladio cont a rebelles, & contumaces. 211

H

HEretici nomine Chriſtiano animas decipiunt. 14
Heretici fiunt dogmata falſa, & peſtifera emendare nolentes: imo defenſore reſiſtentes. 14
Humanum iudicium fugientes includunt diuinum. 6
Heretici veritatem ignorant, vel forſan ſe ignorare ſimulant. 15
Honorandus eſt Dei ſeruus in Eccleſia Dei, & cæteris præferendus eſt. 65
Hominum, & Dei mediator Papa. 79
Homo carnalis credere ſolet, quod videt. 90
Humane dignitates, & pontificia, ſe habent vt formæ, & numeri. 97
Humanæ dignitates habent gubernari, regi, & regularia Pontificia. 97
Humilitas Chriſti vera, & noſtra. 123. 124
Homo tenetur obſeruare quodlibet diuinũ præceptum tam, affirmatiuum, quam negatiuum. 150
Homo tenetur conformare voluntatem ſuam diuinæ voluntati in multis. 150. 152
Humilitas Chriſti vera, & noſtra. 123. 124
Homo tenetur obſeruare quodlibet diuinum præceptum tam affirmatiuum, quam negatiuum. 150
Homo tenetur conformare voluntatem ſuã diuinæ voluntati in multis. 150. 152
Homo ſeruus ſciens voluntatem domini, & non faciens vapulabit plagis multis. 152
Homo inobediens Deo, & Summo Pontifici Romano pœnam æternæ damnationis incurrit. 152
Homo propter peccatum perdit modum, ordinem, & finem. 154
Humilitas prima virtus, & ſuperbia primum vitium. 156
Honorandus eſt plus quilibet ſacerdos quocumque alio homine ex decreto Conſtantini Magni. 168
Hæretici poſſunt non ſolum excommunicari ſed etiam occidi. 199
Hæreticus homo poſt primam, & ſecundum correctionem vitandus, & excommunicandus &c. 199
Hæretici ſchiſmatici, & excommunicati non ſunt abſoluendi durante eorundem pertinacia. 211
Honorãda eſt S.M.E.C. ſiue ſedes Apoſt. 212
Homo cũ in honore eſſet non intellexit. 243

I

IN micus datur vt amor exerceatur. 9
Inimicus prodeſt ad miſericordiam habẽdam. 9
Inſtitia ſecundum philoſophum, bonos premiat, maloſque punit. 10
Inter menſuram, & menſuratum datur quædam proportio. 12
Inimici, & maxime infideles quatuor modis nos exercent. 14

Ius dominandi,& potentia à Deo. 20
Imperium à Sacerdotio proceſſit,& nõ è conuerſo ſ. D. Ambroſium. 21
Imperiũ etiã à ſummo Sacerdote, ſiue ſũmo Pontifice,& cætera vera dominia ꝑcedũt, & ſic ẽt idẽ ſũmus Põtifex rectè tẽporali dominio vti põt. de facto vtitur. 21
Imperatori celeſti cedit terrenus ĩperator. 25
Imperator debet põtifici ſubeſſe,nõ ꝑeſſe. 25
Imperatores quidam Cath. fidem perſequentes miſerime mortuiĵ. 25
Imperatoris Cõſtãtini magni exẽplo oẽs reges terræ Cath. fidei ſe ſubiecerunt. 25
Ius Papale vniuerſale in omnes. 28
Iudicare eſt actus 2. præſuppõẽs actum primum, poſſe iudicare. 28
Iudicis veri tres conditiones ſingulares. 28
Infima habent reduci in ſuprẽa per media. 34
Imperio papatus prior. 51
Infideles oẽs,& ſi actu nõ ſint de eccl. ſũt tñ de eccl potẽtia fundata pricipaliter in virtute Xpi ſecundario in libero arbitrio 71
In omni natura pluribus cõi oportet eſſe vnũ fontem,à quo illa communitas oriatur. 71
Iulianus apoſtata miſerrime mortuus. 82
Imperator Romã veniẽs nõ feſtinat ad palatiũ imperatoris:ſed ad tẽplũ piſcatoris. 89
Imperator ſubmiſſo diademate orãt ad ſepulcrum petri piſcatoris. 91
Imperator eccl. filius, non aũt Dñs,ſic cæteri principes ſecundum D. Ambroſium, & imperium à ſacerdotio proceſſit. 91
Imperatores piſcatoribus ſubditi ſecundum D.P. Auguſtinum. 97
Infirma mũdi eligit Deꝰ, vt cõfũdat fortia. 97
Iuris præcepta ſunt tria. 144
Ius eſt ordo æqui,& boni &c. 144
Inter oẽs ſublimiores poteſtates humanas ſuprema ẽ põtificia,cui oẽs obedire teneñ 152
Iuſtitia ſtante, omnia ſtant, iniuſtitia facta cuncta pereunt. 156
In corpore naturali mẽbrũ putridũ reſecatur. ita & in corpore myſtico ſuo modo. 200
Iudex eccl qũo vti põt ſẽt excõmunic. 201
Iniuriã faciens ſacerdotibus, ipſo facto excommunicatus. 209
Incorrigibiles, & cõtumaces peccatores ſeparandi a cõmunione fideliũ de dñi mãd. 210
Iura omnia clamant contra cõtumaces. 212
Iudiciũ Eccl. rectè factũ nõ difert à diu. 213

L

LEges pontificiæ diuinæ legi adhærẽt. 16
Loculos habuit Chriſtus ſignificantes eccleſiæ loculos. 33
Per legem peccatum cognoſcitur. 48
Loculos habuit petrus. 48
Laicalis, & regia poteſtas tẽporalis menſuratur à Chriſti poteſtate,& Papæ cuius poteſtas cõparatur ad Xpi poteſtatẽ; ſicut effectus ad cauſam. 50
Laudes multæ ſũmi Põtif. rõne dignitatis. 52
Licet cuique temporalia deſiderare.ergo eiſdem vti. 74
Lex imperatorum eccleſ.iura diſſoluere non non poteſt, & conſtitutiones ipſorum ſubſunt eccl. conſt. 93
laicalis, ſeu ſecularis poteſtas eſt ſubiecta ſpirituali: ſicut corpus ſubiectum eſt animæ ſecundum D.Thomam. 97
Legitimus,& verus rerum vſus,non aũt abusꝰ licet omnibus Religioſis,& laicis. 126
libertatẽ eccl. impedire volentes incidunt in cheribdim ſyllam euitare cupientes. 138
libertas eccl. antiquitus conceſſa, præcepta, & protecta 138
libertatẽ eccl. impediẽtes rectè admonẽt. 138
libertatem eccleſiaſticam impedienres quantum malum agent. 155
Leges pontificias obſeruare debemus. 157
lex pontificia radicaliter fundata ſuper Euangelicam legem. 157
lex bona eſt, ſi quis ea bene utatur. 160
lex duplex imperatiua,& indicatiua. 174
legem cuſtodire eſt portio Dauidis. 177
laici nullum ius habẽt directè, vel indirectè in bona eccl,vel in perſonas eccl, 185
libertatẽ eccl.negãtes,vel impediẽtes negãt, vel agunt contra ſacrum concilium Trid. ſeſſ.22.c.11, ſi quem cler. 186
leges eccl. libertati repugnantes ſoluere, & emẽdare põt Papa: immo debet. 205
lex diuina habet emendare ceteras. 205
lex tẽporalis per tẽpora iuſte mutari põt. 206
lex eſt agendorum regula. 206
libertas non bene toto venditur auro. 219
liberæ filij ſumus. 219
libertas eccl. ortum habet à D. I C. 219
liber Xpus, & diſcipuli eiuſdem,ſoluit tñ tributũ ad euitandum ſcandalum. 220
liberi ſũt ſacerdoses à quibuſcũq pricip. 220
liber Xpus,& ſui miniſtri ſacerdotes. 221
liberi ſacerdotes velut papæ oculiĵ. 221
libertas eccl.quo ad bona tẽporalia, qũo cõſeruanda,etiam ſi ſequatur ſcãdalum. 222
libertatem eccleſiaſticam omnes prælati tenentur defendere. 223
liberi ſemper fuere ſacerdotes, & numquam regibus ſubditi. 225

libertas Eccl. à iuſtitia quomodo. 224
libertas naturalis facultas. 224
libertas eccl. à nullo iure impediri pôt,& oib⁹ præferenda eſt de more antiquo. 224
libertas ſacerdotũ ægipti figurabat eccleſiaſticam libertatem. 224
libertas eccl. 2. D.P. Aug. 224
libertas eccl. & facultas. 225
libertas eccl. 2. D. P. Aug. 226
libertatẽ eccl. vexãtes excõmunicati sũt à iure,et excõmunicari poſſunt ab homine. 226
liber,& cœleſtis miles clericus. 226
libertatẽ eccl. valẽs imperator hæreticus violare tẽtauit vulnerat⁹,& cõcrematus. 226
libertatem eccl. D. Apoſt. Cæſarem appellans non negauit. 226
liberi ſacerdotes, & Papa ſe habent ad alios ſicut cœlum ad terrã, quæ nõ agit in cælũ: ſed modo oppoſito. 227
violans eccl. libertatem ſacrilegus. 237
in libertatis ſtatũ Xp̃s venit nos iducere. 238
libertas eccl. 2. Concil. Trid. 228
leges imperiales depẽdẽt ab auct. Papæ. 228
libertatẽ eccl. vexantes, vel impedientes ſunt ſacrilegi. 229
libertatem eccl. defendens Bonauentura Patauinus Card. ord. Erem. S. Aug. martyriũ ſubijt. 229
libertatem eccl. quoad perſonas eccl. vexantes iudicant alienos ſeruos. 229
liberi clerici nõ poſſunt iudicari à laicis. 229
contra libertatem eccl. decreta facientes sũt excommunicati 229
libertatem eccl. docet D. Apoſt. 230
libertas eccl. de iure diuino. 230
libertatem eccleſiaſticã vexantes agũt cõa diuinum præceptum, no'ite tãgere Xp̃os. 231
libertas eccl. tam in ciuilibus, quam in criminalibus 232
liberi ſacerdotes a vectigalibus. 232
libertas eccl. 2. D Amb. 233
libertas eccl. 2. ſacros canones. 233
liberi erant ſacerdotes gentilium. 234
libertatẽ eccl. vexãtes sũt excõmunicati. 235
libertatem eccl vexantes videntur incidere in hæreſim. 235
libertatẽ eccl. violans maxime paſſus. 237

M

Multa mala debent p̃currere, vt valeant ſine fine malum nunciare. 2
multa mala currere permitti t Deus, vt diuina iuſtitia appareat. 2
Malum a Deo permittitur, vt ſciatur bonũ. 3
Mali homines, & praui non apparent tales, niſi boni ſcomparentur. 8
Mali non ſine cauſa, & gratis viuunt 4
Mali propter bonos tolerandi ſunt. 9
mala quatenus cadut ſub diui. prouidẽtia rõne punitionis aliquo pacto videtur eſſe bõa. 9
Multæ iuſtorum tribulationes. 8
malum bene ordinatum, & ſuo loco poſitum comendat bona: vt magis placeant. 9
malum non finit Deus in opere ſine cauſa. 9
mala qũo cadant ſub diuina prouidentia. 9
malis pænæ vtimur patiẽter tolerãdo,& malis culpæ vtimur deteſtãdo,& rep̃bãdo. 10
mundus velut homo ætatibus variatus gubernatur. 20
Multi S. sũmi Põtifices vſi ſunt tẽporali dominio, qđ non fuiſſet, ſi non licuiſſet. 42
minus eſt dominari tẽporal. q̃ ſpiritualiter. 73
membra noſtra ſunt ſedes capitis noſtri, ſic fideles ſedes Papæ. 100
martha miniſtrabat Domino Ieſu Xp̃o. 128
Magis meritoriũ eſt obedire homini propter Deum, quam ſoli Deo. 147
mercenariorũ falſorũ, De⁹ eſt ipſa peccu. 160
maior non eſt offendẽdus 2. D. P. Aug. 177
maiores, & difficiliores q̃ſtiones determinãdæ ſunt ab eccl. 2. D. Thom. 197
mos populi, & inſtituta maiorum pro lege ſunt tenenda. 210

N

NEceſſe eſt ſcandala venire &c. 9
Nonnullos toleramus, quos corrigere vel punire non poſſumus. 11
nominantur quam plures alij Doctores Aug. præter allegatos in opere. 16 17. & 18
nõ licet petere, vel ĩpetrare à dæmonib. dominiũ, vel dignitates quaſcũq; ſed à Deo. 21
naturalis potentia terminatur ad maximum, ſic & papalis &c. 50
natura vnicornis pulcra. 75
notanda multa ſcitu digna de Sacerdote, & de veſtibus eiuſdem, ideſt veteris legis. 80
nõ dãt due ſpecies equaliter diſtãtes a deo. 96
numeri duo (ſicut due forme) eſſe pares. 97
nihil fit in aula Summi imperatoris, quod non iubeatur aut permittatur. 98
nauis ciceronis mater omnium bonorum: multo magis nauis eccl 101
nauis naute pro ſede ſeruit. 101
nauis eccl. & mare ſæculum repræſentãt. 101
nihil eſt Cæſaris, ergo nihil ipſi reddẽdũ. 107
nemo põt duob⁹ dñs ſeruire pulcre expon. 123
neceſſitas nõ hẽt legẽ 2. d. p. Aug. iuriſtas 126
nemo põt duob⁹ dñs ſeruire iterũ oponit. 129

non

Non obedire Apoſtolicæ Sedi eſt peccatum paganitatis. 132
Non obedire præceptis Papæ cum rebellione quãdam conſtituit rationẽ ſchiſmatis. 134
Nauta in nauis regimine magis tenetur obedire gubernatori nauis, quam Papæ. 136
Obedientia tenet palmam,& inobedientia inuenit pœnam. 141
Non obedire Summo Pontifici eſt peccatum mortale,& contra iuſtitiam. 143
Natura docet obedientiam. 146
Non debent quicunque Chriſtiani a ſuo capite eſſe per inobedientiam diuiſi: ſed per obedientiam vniti. 178
Nolite tangere Chriſtos meos pſal. 104 exponitur. 187
Negantes auctoritatem eccleſiæ a Chriſto datam incidunt in hæreſim nouatianorũ. 191
Nullũ maius præiudicium patitur Deus, quã à ſuis ſacerdotibus. 204
Negotia ſecularia pertinent ad iudicium eccleſiaſticum. 210
Non eſt iuſtũ omnes ſimiliter increpare. 139

O

Oppoſitorũ eadẽ eſt regula,& diſciplina. 3
Oues Chriſti ſunt omnes creaturæ rationales iure creationis,& ſufficienter iure redemptionis: infideles tamen non ſunt ex ouibus Chriſti fidei adhæſione. 7
Oues Chriſti poſſunt eſſe omnes infideles vide quomodo. 7
Omnis terrena poteſtas ſubiugata eſt iugo Chriſti. 26
Omnes humanæ dignitates dependent à papali: ſicut effectus à ſua cauſa. 41
Oẽs humanas dignitates papalis præcedit. 41
Omnes poteſtas naturalis terminatur ad maximam, ſic etiam omnis alia poteſtas humana ad maximam pontificiam. 62
Onias pontifex veteris legis temporaliter præerat, ſic & multo magis pontifex nouæ legis. 65
Omnes potentatus locum cedunt Summo Pontifici. 65
Omnia ſimilia, nec agunt, nec patiuntur ad inuicem. 70
Omne agens agendo repatitur paſſione perfectiua, non corruptiua. 70
Ordo neceſſarius in entibus ſecundum Philoſophum. 94
Omnia illis in figuris contingebant. 99
Omnis prophetia eſt imago futurorum. 99
Omne ſuperius eſt forma ſui inferioris ſecundum Philoſophum,& Paulum Venetũ. 106
Opiniones ſtultas ſequi ſũma ſtultitia ẽ. 128
Omne quod recipitur, recipitur per modum recipientis. 129
Obediendum eſt Summo Pontifici tamquam patri. 131
Obedire Papæ, eſt de neceſſitate ſalutis. 132
Obedire Papæ de iure diuino, ac humano omnes fideles tenentur. 132
Obedientia perfecta tentat implere etiã impoſſibilia. 135
Omnes Chriſtiani magis tenentur obedire Papæ, quam proprijs dominis. 135
Obediendi diuerſi modi. 135
Oẽs homines in aliquibus ſunt æquales 136
Obediendi Papæ modi diuerſi quo ad oĩa 132
Obediendum eſt Papæ, tanquam patri omnium Chriſtianorum. 137
Omnis inobedientia culpata, & per inobedientiam captiui facti ſumus. 139
Oẽs,& infideles tenentur Papæ obedire. 139
Omne promiſſum de iure eſt debitum. 145
Obligatio eſt mater actionis ſecundum D. iuriſtas. 145
Obedientia ſacrificijs præfertur ſecundum D. Thom 147
Obedientia maximè laudatur. 148
Obedientia ſola ſoluit quod inobedientia ligauit. 149
Obedientia facit homines tranſire ad conſortium angelicum, & inobedientia ad diabolicum. 149
Obedientes Papæ, etiam Deo obediunt, & econtra. 153
Origo eccl. poteſtatis à patre celeſti. 157
Obedientia multa bona confert. 161
Obedientia Dei ſponſa ſecundum D. patrem Auguſtinum. 162
Obedientia ſignum timoris. 162
Obedientia Chriſti fratrem conſtituit. 163
Obediendum eſt, ſub pœna priuationis regni cœleſtis. 163
Obedientia ſecundum D. Patrem Auguſtinũ concordiam ſeruat in Angelis. 163
Obedientia, cuſtos, & mater omnium virtutum. 164
Obediendum eſt Papæ libenter velociter, & hilariter. 165
Obediendi gratia poteſt aliquando intermitti aliquod aliud bonum. 165
Obediendum eſt ad Chriſti D. exemplũ. 165
Obedientia perfecta reſpicit diuina Eccleſiaſticaque præcepta. 166

Obe-

Digitized by Google

obedientia conformat humanam voluntatẽ diuinæ voluntati. 166
obedientiam negligentes mittunt manum ad aratrum & reſpiciunt retro, & ſic non ſunt digni regno cælorum. 166
obediendum eſt Deo, & eccleſiæ capiti, tanquam patri, & matri. 167
obediendum eſt papæ in omnibus ſuis præceptis, & præcipuè vbi intercedit vinculum excommunicat. & gladius ſpiritus. 167
obediuit D Amb. Theodoſius imperator 168
obedientiæ fructus optimus Dei benedictio. 169.
nihil magis expedit animæ ſaluti, quam obedire. 169
obediendum eſt medico corporis, multo magis animæ. 169
obedientia ſola tenet palmam. 170
obedire ſuperiori, eſt ius ſuum reddere ſecũdum D. Thom. 170
obedientia ſanat, quod inobedientia corrumpit ſecundum patrem Aug. 170
obediendum eſt papæ, tãquam maximo prælatorum. 170
obedire tenemur omnibus ſacerdotibus ius habentibus, & præcipue papæ de iure diuino. 171
obedientia non reſpicit præcipientis ſanctitatem: ſed auctoritatem. 171
obediendum eſt papæ, etiam malo ſecundum D. Patrem Auguſtinum, & obedientiæ Chriſti ſingulare exemplum. 172
vbi obedientia incolumitas, ibi ſana forma doctrinæ. 172
obedientia res admirabilis. 173
obedientia Deo maxime cara. 174
obediens altiſſimi filius, & obediẽtia filia. 174
obedientiæ promiſſionem non auditio: ſed tentatio probat. 174
imperator obedire debet: ergo multo magis cæteri ſubditi. 175
ab obedientia ſedis Apoſtolicæ recedentes, vel ſunt hæretici, vel ſchiſmatici, vel etiã eorumdem fautores, & defenſores. 175
obediẽtes papæ obediunt etiam ipſi Deo. 175
obedire papæ propter Deum, eſt plus obedire Deo. 177
obedire ſummo Pontifici Romano eſt mereri, & non obedire eſt demereri. 178

P

PRouidentia diuina maxime extollitur 8.
Perſecutiones, & flagella temporalia ſunt bonis bona, & malis mala. 9
propter malos piſces domini retia nõ rũpimus neque propter hedos in fine ſegregandos domini gregem deſerimus. 11
prouidentia diuina multos hæreticos eſſe permittit, vt ſic pigritiam diſcutiamus, & diuinas ſcripturas capiamus. 11
pena eſt menſura delicti. 12
per pænam retrahimur, & bonitatem vitæ cõſequimur. 13
principium verborum Dei veritas. 14
pænis veritatis aduerſantium dentibus laceratur. 15
peccatorum dentes. 16
prærogatiuæ multæ petri, & ſucceſſorum. 22
prouidentia ſua Deus omnia mutabilia pulcherima gubernatione moderatur. 22
papa mundi monarcha, maior terræ dominus omnibus imperat, & denominatio ſua humilis ſeruus ſeruorum Dei differens à denominatione aliorum principum. 26
papa, pater patrum. 29. & 33
principatus Apoſtolorum confortatus. 29
Petrus Cæphas, ideſt caput. 33
plebeus piſcator Apoſtolorum princeps, regibus imperat. 34
poteſtas papæ eſt poteſtas Chriſti, ſaltem deriuatiue, & originaliter ſicut lux lunæ, & & ſtellarum dicitur lux ſolis. 35
poteſtatis omnis plenitudo in Chriſto. 35
papa aliquo pacto poteſt dici Deus. 35
pontifex Rom. omnes iudicat, & à nemine iudicari poteſt, & habet duplicem gladium. 35 36
poteſtas oĩs data Chriſto in cælo, & in terra intelligenda eſt ſpiritualiter, & temporaliter. 36
poteſtas communicata a Chriſto ſuis Vicarijs. 38
poteſtas papæ Chriſti poteſtas. 38
plus eſt principati in ſpiritualibus, quam in temporalibus. 40
pontifex debet defendere ius ſibi à Deo conceſſum. 43
põtifex.i.papa quo ad omnes, & quoad omnia habet poteſtatis plenitudinem. 51
papalis dignitas cæteris comparata temporalibus eſt, vt aurum ad plumbi metallum. 53
par in parem imperium non habet. 73
potens quod plus eſt, poteſt etiam quod minus eſt a.D. Tho. 78

††† præ-

Prælatus vendens iuriſdictionem temporalẽ, ſi eam ab eccl. habet ſimoniã committit. 82
Papæ,& prælatorũ munus eſt vitam moreſq; hominum corrigere. 87
Petrus,& ſucceſſores plenam habent poteſtatem immediate a Deo. 87
Poteſtas temporalis eſt in ſpirituali, ſicut virtus inferior in ſuperiori. 87.
Papa habet claues regni cælorum multo magis aliorum. 90
Populum humilem ſaluum faciet domi nus &c. 156
Prælatio neceſſaria fuit in ſtatu innocentiæ, ſic & obedientia. 157
Pecunia antiquitus appellata fuit Iouis ideſt Deus. 160
Pecunia dicitur a peccando: quia ſæpe peccare facit ſuos amatores. 161
Pœnarum genus multiplex. 180.& 181
Pœna eſt menſura delicti. 182
Poteſtas ſpiritualis eſt maioris dignitatis,quã temporalis. 195
Papa ius vniuerſale habet. 196
Pertinaciter ſuos errores defendentes fiunt hæretici. 198
Per papam imperator,& omnis poteſtas inſtituitur. 206
Papæ præcipuum munus eſt corripere omnia malefacta. 206
Papa ferre poteſt excommunicationis ſententiam contra inobedientes, & vexantes libertatem eccleſiaſticam. 206
Pontifex max. ſic dictus; quia maxima poteſt,& iudex contumatiæ. 208
Papa poteſt cognoſcere omnes cauſas. 209
Papalis paternitas maior,quam carnalis. 244
Papa caput eccl. princeps vniuerſalis, oĩbus ſuperior,& nemo ſibi æqualis 93
Papa debet eẽ ſapiẽs,& diues, vt ſe ſuoſq; ſubditos facilius defendere valeat. 98
Pallium in papa deſignat poteſtatis plenitudinem. 103
Poteſtas ſpiritualis maior laicali. 106
Papa ſummum ius habet in toto terrarum orbe. 110
Papa maiorem habet poteſtatem omni alia, primo maioritate dignitatis,ſecundo cauſalitatis,tertio auctoritatis. 111
Papa poteſt ſe terrenis principibus ſubdere per compromiſſionem,quantum ad aliqua, non totaliter. 124
Papa ſeru⁹ ſeruorũ Dei ſeruit,& dominat. 125
Papa recte adminiſtrans temporale dominiũ habet occaſionem maioris meriti, & eſt in ſtatu maioris meriti,ſi ſuum bene exerceat officium. 127
præpoſitus toti eccleſ. vt pater ſummus pōtifex. 131
Papa debet eſſe omnis iuſtitiæ obſeruator, & omnium principatuum inſtitutor ſecundũ D Thom. 134
Papa vice Chriſti plenam habet iuriſdictionem ſuper omnem creaturam. 139
Principale caput totius eccleſiæ Papa,cui omnia membra obedire neceſſario debent,etiam infideles. 142
Papa eſt ſupremus,& vniuerſalis iudex. 143
Peius eſt male credere,quam nullo modo credere. 145
Peccat voluntarius ſciens 2.Phil. 146
Pœna æterna contra inobedientes Romano Pontifici, & temporalis pæna contra eoſdem. 153
Papa ſuperior pars in eccl. & quod ipſe facit dicitur facere tota eccl. 154
Papæ inobedientes perdunt modum, ordinẽ, & finem. 154

Q

QVæſtio valde curioſa, ſæpe, quare Deus optimus, & omnipotens, cum poſſit impedire, non impedit multa mala: imo permittit euenire. vide reſponſiones multas ad eandem queſta à 2.vſque. 2.& 15
quies gratior,quæ ſequitur poſt laborem. 8
quod a verſione incipit, verſioni ſubiectum eſt. 12
qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit & damnationem acquirit. 37
qui poteſt,quod maius eſt,poteſt,& quod minus, ita papa poteſt maius ideſt ſpirituale &c. 40
quanto aliquid ſuperius, tanto habet virtutẽ magis continuam, &c. 40
quicquid poteſt uirtus inferior,poteſt,& virtus ſuperior. 40
qui dicit totum nihil excludit logicæ, & legaliter. 42
quid ſit laus dicitur 2. Phil. laus eſt ſermo elucidans magnitudinem virtutis. 76
quatuor dignitates habuit D. Petrus papa primus. 87
quodlibet inferius eſt propter ſuum ſuperius propter ordinem perfectionis. 96
quæcumque humana dignitas comparata ad

ad

ad Pontificiam ſe habet, vt ſpecies imperfecta ad perfectam: 97
quicunque non dubitat papam eſſe verum Chriſti Vicarium, nec dubitare debet eamdem dignitatem excellere omnem aliam dignitatem terræ. 99
quæſtio magna propoſita ad mentem Thadei peruſini, an papæ conueniat temporale dominium. 104
quatuor modis terrena poteſtas ſubeſt ſpirituali. 117
quis militat ſuis ſtipendijs? & quis plantat vineam, & nõ comedit de fructu eiuſdẽ? 125
quod vni ex minimis meis feciſtis &c. exponitur. 131
qui vos recipit, me recipit &c. exponitur. 132
quicumque facit contra debitum iuſtitiæ mortaliter peccat, & cõtra charitatẽ agit. 143
quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet. 144
quantũ malũ ſit obligationes nõ ſeruare 146
qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & damnationem ſibi acquirit. 152
qui poteſtati reſiſtit &c. iterũ exponitur. 153
quæ ſunt Cæſaris Cæſari, &c. gloſatur quo ad obedientiam Deo, & prælatis exhibendam. 162
quæſtio pulcra de obediẽtia, & reſpõſio. 170
quæſtio pulcra, & diſtinctio, ſiue reſponſio pulcherima. 180
quicquid ab eccl. iudicatum fuerit, ab alijs diſſolui non poteſt. 195
quantum valeat conſuetudo, & lex. 196
quatuor dramata quid ſignificent. 220
qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi &c. 241
qui in vno contumaciæ peccato offendit, omnium factus eſt reus. 243

R

Regna omnia ſubſunt diuinæ prouidentiæ ſecundum D. P. Auguſtinum. 19
Ratio iuſta dominãdi variè mundo diffuſa, nõ ex hominibus: ſed ex Deo. 19
Rectum ius imperialis, & temporalis dominij directè conuenit ſummo Pont. 25
etiam imperiali auctoritate ibidem.
regnum mundi papale idest corona triplex papalis triplicem ſignificat auctoritatẽ. 26
regna mundi omnia ſunt eccleſiaſticæ iuriſdictionis. 34
regnum celeſte terreno regno mixtum. 38
Romanus pontifex cæleſtis pontificis vices gerit. 39
romani pontificis in tribus principaliter conſiſtit poteſtas. 39
regalis, & iudiciaria poteſtas eccl. 43
regalis, & ſacerdotalis dignitas in lege naturæ, ſcriptæ, & in Chriſto ſimul. 55
regnat, & regnare poteſt papa licite ſpiritualiter, & temporaliter. 59
rex ſacerdoti caput ſubmittit. 59
Reges omnes, & regna, Imperatores, & imperia ſubiecta ſunt imperio Eccleſ. 60
regnũ tẽporale Dauid fuit figura regni Xp̃i 60
Rex excelſus D. I. Xp̃us præ regibus terræ 68
Rex iſtæ cœleſtis Chriſtus plenam habet poteſtatem in cœlo, & in terra. cæteri uero Reges aliqualem habent in vno Regno, vel in vna prouincia tantum. 68
rex Chriſtus a regendo, ſicut ſacerdos a ſanctificando. 68
regimen humanum deriuatur ab ipſo diuino regimine, & ipſum imitari debet ſummus pontifex. 71
romanum imperium a D. Ambroſiũ fuit præſagium, & figura Chriſti imperij. 77
reges, & imperatores recipiunt coronã a duobus epiſcopis, & ſic prædictæ dignitates videntur dependere a ſpirituali. 82
reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & a D. P. Aug exponitur. 90
regnum Dauidis, & Moyſis fuit figura regni Chriſti ſpiritualiter, & temporaliter. 100
reges, & imperetores papa deponit, & deponere poteſt. 102
Reſponſiones ad argumenta primæ quæſt. a pag. 106. vſque ad 112.
Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. &c. gloſatur. 106
Regnum Romanorum quale fuerit. 108
Reges, & cæteri principes ſunt iuris conſeruatores miniſterialiter: principaliter, & auctoritatiue ſolus Papa. 110
Regia poteſtas luminare minus, vt Luna totum lumen ſuum, recipiens à Sole, &c. 111
Regnum meum non eſt de hoc mundo diuerſimode exponitur. 115. 118. 119. 120. & 121
Religioſi quomodo poſſint ſe implicare negocijs ſæcula rebus. 125
regnum Chriſti, & eccl. omnibus aliis dominatur temporaliter, & ſpiritualiter. 129
rationem ſe redditurum vouet ſummus pontifex. 131
reſpondendum eſt ad omne impertinens a ſui qualitatem a. Paulum Venetum. 147

Digitized by Google

Rex inſipiens perdet populum ſuum. 161
Regnum a gente in gentem transfertur propter iniuſtitias. 161
rector ſummus papa in terris, cui ſingularis obedientia præſtanda eſt. 161
regno priuatus fuit ſaul: quoniam Deo obedire noluit. 175
rebelles,& contumaces bona eccl. vſurpantes vel impedientes. 185
rex noſter humiliauit ſe, vt ſuos milites exaltaret. 188
regibus quibuſcunque clericos tangere non licet. 188
Romana eccl. caput omnium aliarum. 197
reſecande ſunt putride carnes, & ſcabioſa ouis repellenda. 199
tributa tenentur reges magis tribuere ſacerdotibus, quam econuerſo. 234

S

SOlus Deus proprie immutabilis. 12
ſola veritas beatos facit,& inuitum ſuperat. 15
ſchiſmatici nihil de diuina mercede ſibi promittunt. 14
ſummus pontifex recte vtroque vti poteſt, & vtitur dominio, 21
ſummus pontifex, dato,& non conceſſo, quod eſſet malus quo ad mores, adhuc capax papatus. 22
ſummus pontifex ideſt papa ab initio, quamuis non fuerit vſ⁹ temporali dominio, hoc euenit pro temporum gubernatione, & diuina diſpoſitione, &c. 22
ſummus pontifex s. D. Thom. plenarie gerit Chriſti vicem in terris. 27
ſummus pontifex, ſiue papa ſuperiorem non habet in terris. 32
ſummi pôtificis ideſt ſpũalis poteſtas duplex ordinaria,& delegata. 32
ſolus Chriſtus natus Rex, figuratus per mala punica. 38
ſacerdotis multa munera. 43
ſummus pontifex ex diuina inſtitutione tenet Chriſti locum. 49
ſummus pontifex regula, menſura, & principium omnium humanarum dignitatũ. 49
idem, omnes Apoſt. & ſucceſſores ſunt Chriſti legati. 50
ſacerdotes præcipue maximi principibus totius orbis præſunt. 50
ſpiritualis poteſtas intelligitur nomine cæli, & temporalis nomine terræ. 53
ſchiſma eſt via ad hæreſim. 64
ſacerdotes dei miniſtri. 66
ſacerdotes Dei miniſtri; multo magis omnes maiores prælatis. 66
ſacerdotes maiores a Deo conſtituti principes. 66
ſummus ſacerdos ideſt papa dicitur ſeruus ſeruorum Dei, ad imitationem Domini Saluatoris. 70
ſummus pontifex eſt velut fons a quo oriuntur omnes poteſtates. 72
ſummus pontifex ideſt papa ſi non poſſet licite vti dominio temporali, nec etiam quodamodo poſſet vti ſpirituali. 73
ſummus ſacerdos antiquus figurans nouum vtebatur dominio tẽporali,& conceſſit poteſtatem ſaulo poſtea paulo. 81
s. policarpus diſcipulus D. Ioan. Euang. fuit princeps. 81
ſummus pontifex poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt de iure poſitiuo. 81
ſummus pontifex propter optimum finem vtitur temporali poteſtate. 89
ſpiritualia præponenda ſunt, ſiue præferenda temporalibus. 91
ſpiritualia ſeminantes poſſunt metere carnalia. 98
ſedem ſuam habet in nobis D. I. C. 100
ſpiritualis poteſtas, vt forma,& maior dat eſſe laycali minori. 107
ſuperbia aliquando ſignificat gloriam, & honorem. 112
ſeruus ſeruorum Dei papa. 130
ſeruus ſeruorum Dei papa non ſeruit duobus dominis: ſed vni Deo. 130
ſicut vniuerſorũ Dño papæ obediendũ ẽ. 132
ſi aliud mandaret procurator,& aliud pſulobediendũ eſt præſuli nõ procuratori ẽt s. Aug. ſi aliud mandaret papa,& aliud quis alia terrena põtas obediẽdũ eſt papæ. 133
ſchiſma eſt contra eccl. vnitatem, & minus graue peccatum infidelitateſ. 134
D. Silueſtri papæ decretũ p libertate eccl. 38
ſicut nullus põt ſe ſubtrahere ab obedientia Dei ſiue Xpi; ſic nec ab obedientia eiuſdem Vicarij. 139
ſupremam poteſtatem habet papa in eccleſia ſecundum conc. Trid. 142
ſerpentes naturaliter pro capitis defenſione omnia membra exponunt &c. 142
ſuperi⁹ reſpũ inferioris, ſe hẽt, vt forma. 146
ſicut primus à primo motore: ita omnis poteſtas

ſtas à Deo. 155
ſuperbus, vt fumus 2. D. P. Aug. 156
ſingularis obedientia in omnibus ſummo. pô-
tifici exibenda. 157
ſcala ſignificat obediẽtiam ſanctam. 162
ſacerdos indutus ſacerdotalibus veſtimentis
fungitur Chriſti munere. 168
ſeipſum diabolũ facit, qui corrigi nequit. 195
ſchiſmata vitanda. 197
ſacerdotes à laycis non debent iudicari. 232
ſalomon Xpi figura 2. D. P. Aug. 238
ſuccẽſa olla cõtumacie peccatũ ſignificat. 240

T

TEmporale dominium non minus rectè, ſiue directè conuenit ſummo pontifici, quam cuilibet ſeculari principi. 19
ſpirituale dominium eidem directè conuenit pontifici maximo. 19
totius eccl. monarchia reſidet apud papã. 31
tẽporale dominiũ nec D. I. C. nec diſcipulis eius repugnauit: imò hæreticum eſt aſſerere eoſdem nihil, nullumque ius habuiſſe in his, quæ habuerunt. 32
poſſeſſio rerum temporalium eſt homini quaſi connaturalis. 33
titulos multos, & pulcherimos hẽt papa. 33
temporales poteſtates ſubſunt poteſtati Xpi & pontificiæ. 36
tẽporaliũ ver⁹ dñs põtifex .i. Papa. 56. 57
temporale dominium papæ. 61
totius eccl. & ẽt mũdi 1. heroica perſona papa habens ius vniuerſale in toto orbe. 70
temporalium vſus non debet eſſe principalis finis vtentis. 74
temporaliter dominari directè papæ licet, & conuenit ratione vſus. 84
temporale dominium papa immediatum à Deo habet. 85
totius orbis papa tenet principatum. 109
temporale dominium papale eſt pia in Deum ſeruitus. 126
totum congruentius a ſuperiori parte denominatur. 153

V

VNo oppoſitorum dato in hoc ſæculo, datur, & alterum. 10
Vt probati manifeſti fiant. 11
Vſus viatorum, & vſus diuinus differunt 12
Viatores vtuntur rebus propter vtilitatem propriam, & diuinam bonitatem conſequendam, Deus autem è conuerſo. 12
Vtitur Deus creaturis, quomodo vide. 13
Vtitur Deus malis pene &c. 13
Vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia. 14
Vbi charitas non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia. 14
Vſus dominij papalis tam ſpiritualis, quàm temporalis, eſt actus ſecundus ſupponens primum actum. 42
Vti diffinitur, & multiplex eſt, vtibilia ſunt omnia citra Deum. 44. & 45
Vnde cum dominium temporale ſit aliquid citra Deum vtibile. 46
vniuerſale dominium habet Chriſtus, & omnia ipſi obligata ſunt. 47
vtrumque dominium apud papam reſidet 2. poteſtatis plenitudinem. 80
vtilior eſt ſapientia cum diuitiis 2. Salomõ. 98
voluntas diuina omnium cauſa ſuprema. 98
vnuſquiſq; poteſt vti terrena felicitate quomodo, quando, & quantum poteſt. 98
vtrunque dominium papa à ſolo Deo recognoſcit. 99
vicariatus Dei immediate, & principaliter competit papæ: ſecundario uero, & mediate imperatoribus &c. 112
verba Saluatoris Matth. c. 19. nolite poſſidere aurum, neque argentum tripliciter pulcre exponuntur. 124
vnus principatus, & vnus princeps ſecundum Phil. 132
vbi maior, minor ceſſat. 135
voluntatis noſtræ conformitas ad diuinam neceſſaria pluribus modis probatur. 150
vincula iniuſta dirumpit iuſtitia. 185
vſurpantes bona eccl. vel vexantes perſonas eccl. ſunt excommunicati. 187
vniuerſale caput papa quomodo. 196
vicariale caput papa. 211
video ollam ſucceſſam. 239
virga directionis virga regni tui. 240
veh qui prædaris, nonne ipſe prædaberis. 245

X

XPus non pugnando: ſed moriendo mirabiliter, reges ſibi ſubiugauit. 49
Xpus, & papa non ſunt duo capita: ſed vnum tantum. 60
Xpus eſt caput omnium ad Eccleſiam pertinentium ſecundum omnem locum, tempus, & ſtatum. 63
Xpus ſecundum D. Thom. Rex propheta, & ſacerdos. 76

Xpus

Xpus 2, Fran à Chriſto Rex, & monarcha. 88
Xpus non habuit mundi Regnum per electionem populi, aut iure hæreditario more humano &c. 88
Xpus pauper nos ſua paupertate ditauit. 89
Xpus Rex, & ſacerdos a patre miſſus in hunc mundum cum plenitudine poteſtatis: ſic, & ipſe miſit ſuos Apoſtolos. 93
Xpus B. & ſolus patens, Rex Regum. 109
Xpi regnum virtutum, & vitæ, non autem vanitatum, vitiorum, & mortis. 120
Xpi regnum dupliciter capitur. 121
Xpus fuit electus Rex à Deo patre, & ſic non debuit eligi ab hominibus. 121
Xpus à patre Rex conſtitutus. 122
Xpus ſponte pilato ſe ſubdidit, non autem coacte. 122
Xpi exemplũ quomodo debeamus ſequi. 123
Xpus in ſuo aduentu tres potentias diſſipauit. 248

F I N I S.

ERRATA	CORRECTA
Pag. 3. in margine priore	Priorum
pag. 4. l. 12. accendarentur	accendantur
pag. 11. l. 2. imperialis	imperiales
pag. 15. l. 13. veritates	veritas
pag. 16. l. 6. contrarijs	contrarij
pag. 20. l. 7. penerentur	ponerentur
pag. 25. l. 1. pro pragmaticum	per pragmaticum
pag. 25. l. 7. principes	princeps
pag. 25. l. 11. rectus	rectum ius; vel rectus vſus
pag. 28. l. 11. aduerſum	ad verum
pag. 28. in margine ſumma cõſiliorum tex. 238.	pag. 282. in vna impreſione, & alia 334.
pag. 29. l. 8. rſt.	eſt
pag. 29. l. vltima Iacomus	Iacobus
pag. 30. in margine apoc.	Apoſt.
pag. 31. l. 18. mendzſe	mendoza
pag. 32. l. 6. eiſcopas	Epiſcopus
pag. 32. l. 8. doce	docet
pag. 34. l. 14. omni	homini

Digitized by Google

ERRATA	CORRECTA
pag.90.l.10.credent	credunt
pag.91.l.3.ſummiſſo	ſubmiſſo
pag.91.l.22.ſenetiſſum	ſemetipſum
pag.94.l.10.agétes inferiores	agentia inferiorá
pag.97.l.19.piſchatoribus	piſcatoribus
pag.102.l.4.maximæ	mexicanæ
pag.108.l.16.hiperbolęe	hiporbolæ
pag.121.l.4.inſurgentibus	inſurgentis
pag.128.l.4.claritatis	charitatis
pag.128.l.20.caritatis	charitatis
pag.134.l.11.recuſatur	
pag.139.l.25.gentililes	gentiles
pag.141.in margine pulcher	pulcra
pag.141.l.22.inobeia	in obedientia
pag.145.l.22.ruus	tuus
pag.146.detr	videtur
pag.146.l.18.præteiea	preterea
pag.151.l.27.citra	circa
pag.152.l.1.ſecundum	ſecundum
pag.153.l.10.penæ	pena
pag.154.l.3.contumacit	contumaciter
pag.155.l.8.dicere	dicens
pag.156.l.23.ſuperqi	ſuperbi
pag.159.l.12.opportet	oportet
pag.161.l.20.aſtopri	paſtori
pag.161.l.24.q;	quæ
pag.161.l.21.aferre	auferre
pag.170.l.6.lanzoni	lanzonius

Digitized by Google

ERRATA	CORRECTA
pag.40.l.17.quidquid	quicquid
pag.52.l.4.diuitis	diuitijs
eadem pag.l.6.vt	vti
pag.65.l.19.inflentu	inflentur
pag.70.l.17.tollentinatis	tolentinatis
pag.18.tolleti	toleti
pag.60.in margine D.Th.22.	p.p qu.96.ar.1.& 3.
pag 70.l.15.piſaurienſis	piſaurenſis
pag.76.l.10.ſermoue	ſermone
pag.171.l.10.valdius	veldius
pag.181.l.24.ſubſtinuerunt	ſuſtinuerunt
pag.185.l.15.alterationes	altercationes
pag.188.l.4 auſpenſis	ruſpenſis
pag.189.l.2.Deo	ideo
pag eadem l.13. quonie	quoniam
pag.192.l.3.opportere	oportere
pag 194.l.12 riuus	viuius
pag.210.l.28.diuius	viuius
pag.215.l.18.adminatur	admiratur
pag.224.l.27.addeodatus	adeodatus
pag.226.l.12.pro	per

Additiones marginales derelictæ in operis impreſsione

Pag.167.in margine.Angelus Derthonēſis ſui libelli cap.4. ſecundum Marcum Marulum

pag.158.in margine D.Gregorius lib.9.in Iob.c.2.

Pag.192.in margine. Gregorius Nunnius Luſitanus lib.3. de optimo reipub.ſtatu c.16.D.Gregorius lib.7.c.3.

Pag 199.in margine. Petrus Aquilanus 4.ſent.d.18.ar.3.

VITTORIO EMANUELE BIBL. IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google